

polatione caneretur. Ejus verba recitabo, ut habentur apud Photium, eod. 228, ex epistola ad Zenobium Monophysitam. *Illi quidem qui Orientis partes incolunt, quia hymnum istum ad Dominum Jesum Christum referunt, διὰ τοῦτο μηδὲν ἀμαρτάνειν ἐπισυνάπτοντας τὸ, ὁ σταυρωθεὶς δι' ἡμᾶς, idcirco nequaquam peccant apponendo, « qui crucifixus es pro nobis » (hoc est Theopaschitarum erroris suspicione liberantur); Byzantini vero et Occidentales (Græci utique) carmen istud sublimissimo et sacrosancto bonitatis fonti, consubstantiali Trinitati tribuentes, eam ob rem non sustinent ut ea vox, « qui crucifixus es pro nobis, » interseratur, ne passionem Trinitati affingant. Cæterum ἐν πολλαῖς ταῖς κατὰ τὴν Εὐρώπην ἐπαρχίαις, ἀντὶ τοῦ, ὁ σταυρωθεὶς δι' ἡμᾶς, τὸ, ἅγια Τριάς, ἐλέησον ἡμᾶς, ἐπάγειν, in multis Europæ regionibus, pro his verbis, « qui crucifixus es pro nobis, » istæc alia injiciunt, « Trinitas sancta, miserere nobis. » Ephræmio tamen assentiri veretur Photius, propter auctoritatem Patrum, qui Petri Fullonis additamentum rejecerunt, eo quod Trinitas hoc hymno celebretur: τῆς γὰρ τριαδικῆς θεολογίας ὕμνον εἶναι τὸ δοξολόγημα. Et certe, cum Damascenus interpolationem hanc proscripserit, etiam in libris quos Damasci scripsit nomine metropolitæ et antistitis sui Petri, hinc collegero patriarchas Antiochenos, qui Ephræmio successerunt, cum catholicæ doctrinæ tenaces essent, Trisagium etiam hymnum expurgasse, ne quæ superessent Monophysitici veneni reliquæ.*

Epistolæ Damasceni in editione Basileensi 1575 contextus Græcus innumeris mendis et erratis typhotetarum scatet, quæ omnia subnotare piguit. Eum vero contuli ac recensui ad tres codices Regios 1991, 2930 et 3441, nec non ad chartaceum alterum recentissimum, et fragmentum quod reperi in Reg. 3451.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ

ΠΡΟΣ ΙΟΥΔΑΝΗΝ ΑΡΧΙΜΑΝΔΡΙΤΗΝ

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΤΡΙΣΑΓΙΟΥ ΥΜΝΟΥ.

EPISTOLA

AD JORDANEM ARCHIMANDRITAM

DE HYMNO TRISAGIO.

Τῷ θεοτιμῆτῳ, καὶ ζήλῳ θείῳ κακοσμημένῳ, κυρίῳ Ἰορδάνῃ ἀρχιμανδρίτῃ, Ἰωάννης ὁ Δαμασκηνός, ἐν Κυρίῳ χαίρειν.

α'. Τοῦ πρὸς σέ μου πόθου ἡ ἀκρότης, ὦ Πατρῶν ἀριστε, οὐκ ἐξ ἀστάτου προφάσεως τὰς ἀφορμὰς κέκτηται, ἀλλ' ἐκ θείας ἀγάπης, ἡ οὐδέποτε ἐκπίπτειν πέφυκεν. Ἴσμεν γάρ σου τῆς πίστεως τὸ ὀρθόδοξον, τὸ ὀρθότομον τοῦ λόγου τῆς ἀληθείας, τὸ τοῦ ζήλου διάπυρον^α, τῆς πρὸς Θεὸν ἀγάπης τὸ ἀκραιφνές, ἐξ ἧς καὶ δι' ἣν πρὸς τὸν πέλας πέφυκας δέσμιος· ἡ μὲν ἐστὶν ὡσπερ πηγῆς πρώτης σύμβολον. Χαρακτηρίζειν γὰρ οἶδεν ἡ πρὸς τὸν πλησίον ἀγάπη τὸν πρὸς Θεὸν ἔρωτα. Ἴσμεν σου τῶν τοῦ Θεοῦ λόγων τὴν ἐπιπόθησίν τε καὶ κατατρύφησίν, ἡ σοι μέλιτος γλυκυτέρα λογίζεται· ἐφαντάσθη^β γὰρ τὸ θεῖον κάλλος, καὶ πρὸς αὐτὸ ὑπόπτειρος ἀνεφοίτησας, καὶ γέγονας Θεοῦ καὶ τῶν θείων ἐμφάσεων ἀκηλίδωτον ἔσοπτρον, κάλλος ἔχων τὴν ἀρετὴν, καὶ ταῖς αὐτῆς ἀκριβεστάταις γραμμαῖς, ἀψευδὲς τοῦ θεοῦ κάλλους, ὡς ἀρχετύπου παντὸς ἀγαθοῦ, ἐκμαγεῖον γενόμενος. Διὸ σέ

A Venerando in Deo, ac divino zelo flagranti, Domino Jordani archimandritæ, Joannes Damascenus, in Domino salutem.

1. Summum meum quo te prosequor studium, o Patrum optime, non ex instabili quadam occasione natum est; sed ex divina charitate, quæ ita comparata est, ut nunquam excidat. Novimus enim quam recte de fide sentias; quam recte tractes sermonem veritatis; quam ardenti æstues zelo; quam sincerus adversus Deum amor, ex quo, et propter quem proximo quoque naturali veluti nodo devinctus sis. Ille enim instar primi fontis est: hic vero secundi; imo prioris argumentum: quia dilectio proximi amorem erga Deum certissimis notis exprimit. Non nos fugit, quo divinorum eloquiorum desiderio tenearis, ut voluptatem⁴⁸¹ quam ex illis percipis, ipso quoque melle dulciorem experiaris. Divinam enim pulchritudinem animo concipiens, mentis pennis alisque subvectus, Dei divinorumque simulacrorum purissimum speculum eva-

VARIÆ LECTIONES.

^α Edita διάπειρον. ^β R. 1 ἐφαντάσθη σοι.

sisti, ut virtutis formositate niteas, per ejus accuratissima lineamenta divini decoris, qui boni totius exemplar est, in te referas imaginem. Quapropter eum tui amore flagramus, virtutem redamamus, ipsumque Deum, a quo eximia virtutis dotes accepisti. Sed, o rem miseram, Pater, o rem miseram! Qui fit ut Ecclesiae hostis, hanc semper turbare contendat; quodque gravius est, per ipsosmet pietatis alumnos? Etenim frater noster religiosissimus abbas Sergius, gentilis meus, familiaris et amicus, per litteras quibus ingenuus frater noster abbas Job attulit, me certiores fecit, abbatem Anastasium, præclarum illum monasterii sancti Euthymii præpositum, nonnulla ex sanctorum Patrum libris loca protulisse, quibus scilicet Trisagium hymnum ad Filium duntaxat referatur. Quo quidem concesso, nihil erit quod prohibeat, quin lues illa, quam maligne Enapheus invexit, omnes penitus inficiat. Cæterum miror, ac valde miror, si hæc ita sint: ac rursus demiror, si ita non sint. Nam et rectam venerabilis illius viri, Anastasium dico, fidem perspectam habemus; ejusque, tum in sermone, tum in virtute, quæ in actione sita est, præclaras dotes haud ignoramus. Ac rursus quam a mendacio accusator alienus sit, plane novimus. Cum enim Dei amantissimus sit, ipsique vivat, eum adduci potuisse non puto, ut mendacio suo, in insontem virum, eximiisque virtutibus ornatam calumniam strueret: quod utique animum nostrum non parum vexavit. Multis autem idem Sergius per venerabilem abbatem Job, germanum suum fratrem, eum condemnavit, urisitque ut absque mora, quid de hac re sentirem, sibi significarem. Illud vero etiam ascripsit, Anastasium hoc affirmare, nos quoque huic sententiæ annuisse, eamque calculo ac suffragio nostro comprobasse. Id quod plane majori me stupore percudit. Protulerat nobis loca (nec enim mentiar) quæ sanctorum probatorumque Patrum esse pronuntiavimus: quod vero ex his Trisagium hymnum ad Filium solum referri constaret, minime censimus. Quin et beatissimum quoque sanctæ Christi Dei nostri civitatis patriarcham, divinissimum Joannem, Deique hominem, ejusdem secum sententiæ fuisse, asserit, hocque in causa esse ut suam hæc in re mentem aperuerit. Quamobrem operæ pretium duximus, ut colendæ propter Deum sanctitati tuæ hæc perspecta fierent, nec, quid sentiamus, nostrorum quispiam ignoraret. Id quippe usitatum nobis est ac familiare.

VARIAE LECTIONES.

^c Edit. ἀδελφοῦ. ^d Sic. Reg. 2 edit. σύννατοι. ^e Mss. γενέσθαι. ^f Reg. 2 ἀγνοεῖν.

NOTÆ.

(1) *Joannem*. Tabulæ chronologicæ Annalium Theophanis Joannem hunc 50 annos Ecclesiae Hierosolymitanæ præfuisse; et tandem 19 Leonis Isauri obiisse testantur. Ipse est, quem Theophanes eidem Leoni ob bellum sacris imaginibus indictum, anathema dixisse refert. De ejus successore dicemus in observationibus ad vitam nostri auctoris. Joannes hic dicitur Patriarcha τῆς ἁγίας Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν πόλεως, Sanctæ Christi Dei

ποθοῦντες, ἀρετὴν ποθοῦμεν, καὶ Θεὸν, ἐξ οὗ σοὶ τὰ τῆς ἀρετῆς προτερήματα. Ἄλλ', οἶμοι, ὦ Πάτερ, οἶμοι! Πῶς ὁ τῆς Ἐκκλησίας ἐχθρὸς ταύτην αἰεὶ κυκᾶν κατεπαίγεται· καὶ τὸ δὴ χαλεπὸν, εἶγε διὰ τῶν τῆς εὐσεβείας τροφίμων. Γράμμασι γὰρ ἡμῖν κατεμήνυσεν ὁ θεοσεβέστατος ἡμῶν ἀδελφὸς ὁ ἀββᾶς Σέργιος, ὁ ἀσπὸς, καὶ συνήθης, καὶ φίλος, διὰ τοῦ γνησίου ἀδελφοῦ τοῦ ἀββᾶ Ἰωθ, ὡς ὁ ἱερώτατος ἡμῶν Πατήρ ὁ ἀββᾶς Ἀναστάσιος, ὁ κλεινὸς τῆς εὐαγοῦς μονῆς Εὐθυμίου τοῦ μάκαρος καθηγεμῶν, χρήσεις τινὰς τῶν ἁγίων Πατέρων προκεκόμισε, δῆθεν εἰς τὸν Ἰὶδὸν μόνον ἀναφερούσας τὸν Τρισάγιον ὕμνον. Οὐ δοθέντος, οὐδὲν κωλύσει τὴν ἐκ τοῦ Κναφέως κακῶς ἐπεισφρήσασαν λύμην, πάντας ἄρδην καταλυμήνασθαι. Θεθαύμακα δὲ, λίαν θεθαύμακα, εἶγε ταῦτα οὕτως ἔχει, καὶ πάλιν θεθαύμακα εἶγε μὴ ταῦτα οὕτως ἔχει. Τὸ μὲν γὰρ τοῦ σεβασμίου ἀνδρὸς ὀρθόδοξον ἐπιστάμεθα, καὶ τὸ εὐπρεπὲς τοῦ αὐτοῦ ἐν λόγῳ καὶ ἀρετῇ τῇ κατὰ πράξιν οὐκ ἀγνοοῦμεν, τοῦ κυρίου ἀββᾶ Ἀναστασίου φημί· οὐ μὴν, ἀλλὰ καὶ τὸ ἀψευδὲς τοῦ κατηγοροῦ σαφῶς γινώσκομεν. Θεὸν γὰρ ποθῶν, καὶ αὐτῷ ζῶν, οὐκ ἂν οἶμαι ὡς ψεύσαιτο, καὶ συκοφάντης ἔσται ἀθώου ἀνδρὸς, κἂν τοῖς τῆς ἀρετῆς προτερήμασι διαπρέποντος· ὃ δὴ, οὐ μετρίως ἡμῶν τὸν λογισμὸν ἐβάσανισε. Κατέκρινε δὲ ὅτι πλεῖστα, διὰ τοῦ εὐλαβεστάτου ἀββᾶ Ἰωθ, τοῦ γνησίου αὐτοῦ ἀδελφοῦ, καὶ κατήπειξε, πάσης ἀναβολῆς ἄτερ καὶ ὑπερθέσεως, τὴν ἡμετέραν περὶ τούτου ἐπιστημήνασθαι γνώμην· γέγραφε δὲ καὶ τοῦτο αὐτὸν βεβαιώσασθαι, ὅτι περὶ καὶ ἡμεῖς τῇ γνώμῃ ταύτῃ καθυπεκύψαμεν, συναίνεται^d, καὶ σύμφηφοι αὐτῷ περὶ τούτου γενόμενοι, ὃ καὶ μᾶλλον θεθαύμακα· προκεκόμισε γὰρ ἡμῖν τὰς χρήσεις, οὐ ψεύσομαι, καὶ τῶν ἁγίων καὶ ἐγκρίτων εἶναι ταύτας Πατέρων ἀπεφηνάμεθα· οὐ μὴν, εἰς τὸν Ἰὶδὸν μόνον δηλοῦν ἀναφέρεσθαι τὸν Τρισάγιον ὕμνον τὰς χρήσεις, συνηνέομεν· καὶ τὸν τρισμακάριστον δὲ πατριάρχην τῆς ἁγίας Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν πόλεως, Ἰωάννην (1) τὸν θεϊώτατον καὶ τὸν τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπον, τῆς αὐτῆς αὐτῷ γεγενῆσθαι^e ἐννοίας· τούτου γε ἔνεκεν γέγραφεν αὐτὸν ἀποφῆνασθαι. Δεῖν οὖν φήθημεν τὰ περὶ τούτων ἀρίθμηλα καταστῆσαι τῇ θεοτιμῆτι ὑμῶν ἀγιότητι, καὶ ὅπως γνώμης ἔχομεν, τοῦ μηδὲν ἀγνοῆσαι^f τῶν ἡμετέρων. Τοῦτο γὰρ ἡμῖν φίλον καὶ σύνηθες.

^D φίλον καὶ σύνηθες.

nostri civitatis, quibus verbis urbs sancta Jerusalem vulgo significatur a Græcis sequioribus: v. gr. Sophronius epistolam suam ad Sergium CP. quæ lecta est in vi synodo, act. 12, hoc modo inscripsit: Σωφρόνιος ἀρχιεὺς δοῦλος τῆς ἁγίας Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν πόλεως, *Sophronius servus inutilis sanctæ Christi Dei nostri civitatis*. Plura non addo, ne rem testatissimam velle comprobare videar.

β'. Φαμέν τούτων ὡς οἱ ὄροι καὶ αἱ κληρώσεις, οἱ ἄλλοι γινόμενοι πρέποντι, βεβαιότατοι τυγχάνουσι. Φησὶ γὰρ ἡ θεία Γραφή, ὅτι « Ἦγαγεν ὁ Θεὸς πάντα τὰ ζῶα πρὸς τὸν Ἀδὰμ τοῦ ἰδεῖν τί καλέσει αὐτά. Καὶ πᾶν ὃ ἂν ἐκάλεσεν αὐτῷ Ἀδὰμ, ψυχὴν ζῶσαν, τοῦτο ὄνομα αὐτῷ. » Ὁρῶμεν οὖν ὀνόματα χωρίζοντα εἶδος ἐξ εἶδους, καὶ ὀνόματα ἐπιτιθέμενα χωρίζοντα ὑπόστασιν ἐξ ὑποστάσεως, καὶ ὄρον δὲ καὶ νόμους τεθέντας, καὶ μέχρι νῦν κεκρατηκότας. Οὕτω φημι ὀριστικῶς, ἀποκεκαλύφθαι τῷ Ἠσαΐα ἐκ Θεοῦ διὰ τῶν Σεραφίμ, καὶ διὰ τοῦ Τρισαγίου ὕμνου, τὴν μίαν τρισυπόστατον θεότητά τε καὶ κυριότητα, ὡς διὰ τινος ἀριθμητικῆς ἐκφρασιῶς. Διὰ τί γὰρ οὐ δὶς, ἢ τετράκις, ἢ μυριάκις, τὸ Ἅγιος ὕμνησαν; καὶ διὰ τί μὴ δὶς, ἢ τρίς, ἢ τετράκις, ἢ μυριάκις, τὸ, Κύριος Σαββαώθ· πλήρης ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ τῆς δόξης αὐτοῦ, τὰ Σεραφίμ ἐξεφώνησαν; ἀλλὰ τὸ μὲν Ἅγιος τρίς, ἄγιος, ἄγιος, ἄγιος· τὸ δὲ Κύριος μοναδικῶς; Ἡ δεικνύοντα τρεῖς μὲν τὰς ἀγίας ὑποστάσεις, μίαν δὲ κυριότητα τῶν τριῶν, καὶ μίαν ἀρχὴν καὶ δόξαν, οὐσίαν τε καὶ θεότητα, καὶ ἓνα τὰς τρεῖς εἶναι Θεὸν ἅγιον· ἅγιον μὲν τὸν Πατέρα, ἅγιον τὸν Υἱόν, ἅγιον τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· ἀλλ' ἓνα ἅγιον, οὐ τρεῖς ἁγίους· καὶ ἓνα Κύριον, οὐ τρεῖς κυρίους. Αἱ μὲν γὰρ τρεῖς ὑποστάσεις, Θεὸς καὶ Θεὸς καὶ Θεὸς, ἀλλ' εἰς ἅγιος Θεὸς, καὶ οὐ τρεῖς θεοί· ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος, ἀλλ' εἰς ἅγιος, καὶ οὐ τρεῖς ἅγιοι· Κύριος καὶ Κύριος καὶ Κύριος, ἀλλ' εἰς Κύριος, καὶ οὐ τρεῖς κύριοι. Διὸ καὶ ἐπήγαγε· Πλήρης ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ τῆς δόξης σου, καὶ οὐκ, αὐτῶν. Ἡ μὲν οὖν θεότης, ἦτοι οὐσία, τριαδικῶς ἐξαπλοῦται, ἀδιαιρέτως ἐν τρισὶ γνωριζομένη ὑποστάσεσι, καὶ αἱ τρεῖς ὑποστάσεις εἰς μίαν οὐσίαν, ἦτοι θεότητα, ἐνεῦνται τε καὶ συνάπτονται. Καὶ ἡ μὲν θεότης, τριαδικῶς ἀγιάζεται καὶ δοξάζεται, ἄγιος, ἄγιος, ἄγιος· καὶ αἱ τρεῖς ὑποστάσεις μοναδικῶς δοξολογοῦνται, Κύριος Σαββαώθ· πλήρης ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ τῆς δόξης αὐτοῦ. Εἰς γὰρ Θεὸς ἐν τρισὶν ὑποστάσεσι, καὶ τὰ τρία ἐν, ἦτοι μίᾳ φύσει, οὐχ ὑπόστασις μία· οὐχ ἐκάστη δὲ τῶν ὑποστάσεων τρισῶς δοξολογεῖται καὶ ἀγιάζεται. Ἡ μὲν γὰρ θεότης, τριάς ὑποστάσεων οὐσα, οἰκειῶς καὶ προσηκόντως τριαδικῶς ἀγιάζεται· ἄγιος ὁ Πατήρ, ἄγιος ὁ Υἱός, ἄγιον τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, Κύριος Σαββαώθ. Εἰς γὰρ τὰ τρία Θεὸς τε καὶ Κύριος. Ἐκάστη δὲ τῶν ὑποστάσεων μίᾳ οὐσα ὑπόστασις, καὶ οὐ τρεῖς, τίνος ἐνεκεν τρίς ἁγιασθήσεται, καὶ οὐχ ἅπαξ, ἢ δὶς, ἢ τετράκις, ἢ μυριάκις; Οὐ γὰρ ἐκάστη τῶν τῆς θεότητος ὑποστάσεων, Τριάς· οὕτω γὰρ ἂν ἐννὰς ἔσται ἡ θεότης, καὶ οὐ Τριάς. Διὰ τί γὰρ μὴ δισάγιον, ἢ τετράγιον, ἢ μυριάγιον ὕμνον ὕμνησαν, ἀλλὰ τρισάγιον, κατὰ τὴν τῶν ὑποστάσεων ἀριθμὸν; Ὡς περὶ γὰρ τὸν Πατέρα ὑπόστασιν φαμεν, καὶ τὸν Υἱόν ὑπόστασιν, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ὑπόστασιν, καὶ τὴν θεότητα, ἦτοι οὐσίαν τρισυπόστατον, ὡς τὰς τρεῖς περιέχουσιν

482 2. Hoc igitur dicimus, terminos et nuncupationes, quæ congruenti ratione assignantur, certissima esse. Ait quippe Scriptura : « Adduxit Dominus omnia animantia ad Adam, ut videret, quid vocaret ea : et omne quodcumque vocavit ipse animam viventem, hoc est nomen ejus ». Videmus itaque vocabula, quæ speciem a specie distinguant, rursusque imposita nomina quæ hypostasim ab alia hypostasi secernant, ac demum regulas legesque statutas etiamnum vigentes. Ad hunc porro modum definite pronuntio, Deum per Seraphim ac per Trisagium hymnum unam in tribus hypostasibus divinitatem ac dominationem, tanquam per arithmeticam quamdam declarationem, Isaïæ revelasse. Cur enim non bis, aut quater, aut sexcenties vocem hanc Sanctus cecinerunt? quid item est, cur nec bis, aut ter, aut quater, aut sexcenties, hæc verba : Dominus Sabaoth, pleni sunt cæli et terra gloria ejus, pronuntiarunt, verum vocem Sanctus ter, vocabulum autem Dominus semel duntaxat Seraphim exclamarunt? Annon ut ostenderent tres quidem esse sanctas hypostases, unam vero trium dominationem, unum imperium, gloriam unam, essentiamque et Deitatem, ac unum tres illas esse sanctum Deum; sanctum nimirum Patrem, sanctum Filium, sanctum Spiritum sanctum : unum nihilominus sanctum, non tres; unum Dominum, non tres dominos. Nam tres hypostases, Deus et Deus et Deus sunt; cæterum unus Deus, et non tres dii. Item sanctus, sanctus, sanctus, sed unus sanctus, et non tres sancti : Dominus et Dominus et Dominus; sed unus Dominus, et non tres domini. Idcirco subjunxit : Pleni sunt cæli et terra gloria tua, non eorum. Ac deitas quidem, hoc est essentia, trine explicatur, ut quæ in tribus hypostasibus absque divisione agnoscatur : ac rursus tres hypostases in una essentia, deitate scilicet, uniuntur ac copulantur : sicque divinitas trine sanctificatur et glorificatur, sanctus, sanctus, sanctus, ac tres personæ una tantum gloria celebrantur, Dominus Sabaoth : pleni sunt cæli et terra gloria ejus. Unus quippe Deus est in tribus personis, et tres unum; hoc est una natura, non una persona. Non autem quæque persona triplici repetitione sanctificatur et celebratur. Deitas etenim, cum tres hypostases complectatur, propria convenientique ratione ter sancta prædicatur, sanctus Pater, sanctus Filius, sanctus Spiritus sanctus, Dominus Deus Sabaoth; cum hæc tria et Deus, et Dominus unus sint. Quælibet autem, cum una persona sit, non tres, cur tandem ter sancta prædicabitur, ac non semel, aut bis, aut quater, aut millies? Non enim quælibet deitatis persona Trinitas est. Nam ad hunc modum novennitas foret deitas, non Trinitas. Ecce enim non bis, non ter, non quater, aut millies

¹ Gen. ii, 19. ² Isa. vi, 3.

VARIÆ LECTIONES.

³ Edit. τρεῖς. ⁴ Contuli hanc partem cum prolixo fragmento quod reperi in Reg. 3151.

sanctum accinerunt; sed ter sanctum, secundum personarum numerum? Quemadmodum enim Patrem personam dicimus, et Filium personam, et Spiritum sanctum personam, deitatem quoque, sive essentiam, tersubstantem, utpote tres hypostases complectentem, ac neque Patrem in triplici persona subsistentem, nec item Filium et Spiritum sanctum dicere fas est: sic nec unam personam ter sanctam dicere licet. Quin potius sanctum Patrem, sanctum Filium, sanctum Spiritum sanctum: ac ter sanctam deitatem tres personas amplectentem. Quocirca si tres personas non indicat, atque ita subnectamus, *Dominus Sabaoth*. At id sapientes nimium, nec Seraphim doctiores nobis

3. Quod si Deo pleni Patres, quorum sermo vim legis habet, dicant, Seraphim Filium celebrando clamare, *sanctus, sanctus, sanctus*; si quidem dixissent ea Filium duntaxat, canere, suspicari liceret de solo quoque Filio Trisagium hymnum recitatum esse. Cum autem Filius nec a Patre, nec a Spiritu sancto separari queat, profecto nec hymnus etiam dividi potest. Una enim cum Patre et Spiritu sancto Filius laudatur ac glorificatur. At vero tum de solo Filio hymnum dici concedimus, cum ea quæ ejus personam designant, canimus: qualia sunt ista, Dei Filius, Verbum, Dei sapientia et virtus, ex Patre natus, incarnatus, carne crucifixus, resurgens, in cælos scandens, sedens ad dexteram Patris, et alia id genus. Quemadmodum igitur hæc unam personam indicant, nec alteri prorsus personæ, aut etiam communi deitati conveniunt, ita et Trisagium hymnus, quandoquidem tres personas indicat, uni duntaxat personæ nequaquam convenit. Nam, sicut quamlibet humanitatis hypostasim hominem appellamus; aliunde vero civitatem quæ multos homines contineat, πολυάνθρωπον; id est, hominibus frequentem, vocamus, non autem quemvis hominem πολυάνθρωπων: et sicut numerando et unum dicimus, nec de unoquoque ternum numerum dicere possumus, ita et in hymno Trisagio, quamlibet personam sanctam dicimus, ter sanctam item deitatem, quæ tres personas complectitur: unam autem personam ter sanctam dicere minime possumus. Ac rursum veluti lucem, et lucem, et lucem dicimus, iisque inter se copulatis, trilucidum splendorem dicimus, non autem trilucidam unamquamque lucem: sic in hymno Trisagio. Quamobrem ea omnia quæ unica dictione, simpliciter et absolute de tota divinitate dicuntur; de unaquaque etiam persona enuntiantur. At ternarius numerus in sancta Trinitate tres personas indicat. Præclare enim ac valde congruenter a divino Epiphonio dictum est: Quid causæ est, cur non bis, aut quater *sanctus* proclamant Seraphim, sed ter; nisi ut trium personarum in unam divinitatem ac domina-

υποστάσεις, καὶ οὕτως τὸν Πατέρα τρισυπόστατον, οὕτως τὸν Υἱὸν τρισυπόστατον, οὕτως τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τρισυπόστατον, εἰπεῖν θεμιτὸν, οὕτως οὐδὲ τρισάγιον μίαν τῶν υποστάσεων· ἀλλ' ἅγιον τὸν Πατέρα, ἅγιον τὸν Υἱὸν, ἅγιον τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, τρισάγιον δὲ τὴν τρισυπόστατον θεότητα. Εἰ οὖν μὴ τῶν τριῶν υποστάσεων ἐστὶν σημαντικὸς ὁ Τρισάγιος ὕμνος, ὑμνήσωμεν δις τὸ ἅγιος, καὶ ἐπαγάγωμεν τὸ, Κύριος Σαββαώθ· ἀλλ' οὐ θέμις, οὐδ' οὕτω τὰ Σεραφίμ ὑμνήσαν. Μὴ σοφισώμεθα περιττὰ, μηδὲ τῶν Σεραφίμ σοφώτεροι εἶναι δόξωμεν.

Trisagium hymnu: *Bis duntaxat, sanctus, canamus, non licet, nec ita Seraphim cecinerunt. Ne sicut esse videamur.*

γ. Εἰ δὲ λέγοιεν οἱ θεοφόροι ἱ Πατέρες, ὧν νόμος ὁ λόγος, ὅτι τὸν Υἱὸν ὑμνοῦντά φασιν, ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος· εἰ μὲν εἶπεν, ὅτι τὸν Υἱὸν^κ μονομερῶς ὕμνον, εἶχεν ἂν ὑποψίαν, καὶ εἰς τὸν Υἱὸν μόνον εἰρησθαι τὸν Τρισάγιον ὕμνον. Εἰ δὲ ἀχώριστος ὁ Υἱὸς τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Πνεύματος, ἀχώριστος καὶ ὁ ὕμνος. Συμπροσκυβεῖται γὰρ τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Πνεύματι ὁ Υἱὸς, καὶ συνυμνεῖται καὶ συνδοξάζεται. Τότε δὲ εἰς τὸν Υἱὸν μόνον φασὶν τὸν ὕμνον λέγεσθαι, ὅτε τὰ ἐνδεικτικὰ τῆς υποστάσεως αὐτοῦ λέγομεν· οἷον ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ Λόγος, ἡ σοφία τοῦ Θεοῦ, καὶ ἡ δύναμις, ὁ ἐκ Πατρὸς γεννηθεὶς, ὁ σαρκωθεὶς, ὁ σταυρωθεὶς σαρκί, ὁ ἀναστὰς, ὁ ἀνεληθὼν εἰς οὐρανούς, ὁ καθήμενος ἐν δεξιᾷ τοῦ Πατρὸς, καὶ τὰ τοιαῦτα. Ὡς περ οὖν ταῦτα ἐνδεικτικὰ τῆς μιᾶς υποστάσεως, καὶ οὐδαμῶς ὑφ' ἑτέρας υποστάσεως, ἢ ἐπὶ τοῦ κοινοῦ τῆς θεότητος χώραν ἔχει, οὕτω καὶ ὁ Τρισάγιος ὕμνος ἐνδεικτικὸς ὧν τῶν τριῶν υποστάσεων, ἐπὶ μιᾶς τῶν υποστάσεων χώραν οὐκ ἔχει. Ὡς περ γὰρ ἐκάστην ὑπόστασιν τῆς ἀνθρωπότητος ἀνθρωπον λέγομεν, φασὶν δὲ τὴν πολλοὺς ἀνθρώπους περιέχουσαν πόλιν, πολυάνθρωπον, οὐ δυνάμεθα δὲ εἰπεῖν ἕκαστον ἀνθρωπον πολυάνθρωπον, οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ Τρισαγίου, ἐκάστην τῶν υποστάσεων ἅγιον λέγομεν, Τρισάγιον δὲ, τὴν τρισυπόστατον θεότητα· μίαν δὲ τῶν υποστάσεων Τρισάγιον, εἰπεῖν οὐ δυνάμεθα. Καὶ ὡς περ ἀριθμοῦντες, ἕνα καὶ ἕνα καὶ ἕνα λέγομεν, καὶ οὐ δυνάμεθα ἐφ' ἑκάστου λέγειν τρισάριθμον, οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ Τρισαγίου· καὶ ὡς περ φέγγος καὶ φέγγος καὶ φέγγος λέγομεν, καὶ συνάφαντες δὲ, τριφεγγὲς σέλας φασὶν, οὐ λέγομεν δὲ ἕκαστον τριφεγγὲς, οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ Τρισαγίου. Πάντα μὲν οὖν ἐνιαίως καὶ ἀπλῶς καὶ ἀπολύτως τὰ ἐφ' ὅλης τῆς θεότητος λεγόμενα, καὶ ἐφ' ἑκάστης τῶν υποστάσεων λέγονται. Ὁ δὲ τρις ἀριθμὸς ἐπὶ τῆς ἁγίας Τριάδος, τῶν τριῶν υποστάσεων ἐστὶν δηλωτικός. Καλῶς γὰρ εἶπεν καὶ λίαν καιρῶς ὁ θεοφόρος Ἐπιφάνιος, ὅτι διὰ τί μὴ δις, ἢ τετράκις τὸ, ἅγιος, λέγει τὰ Σεραφίμ, ἀλλὰ τρις, εἰ μὴ ὅτι τὸν τῶν τριῶν υποστάσεων ἀριθμὸν καταμηνύουσιν, εἰς μίαν θεότητά τε καὶ κυριότητα ἐνοούμενον; ἅγιος ὁ Θεός

VARIÆ LECTIONES.

ⁱ Leg. οἱ θεοί. ^j Edit. μόνος. ^k V. int. *Jesum*. Legebat per abbreviationem ὦν, ut in uno cod. reperi.

^l Reg. 3451 hic addit λεχθεῖν.

καὶ Πατήρ, ἐξ οὗ Θεὸς ὁ Υἱὸς, καὶ Θεὸς τὸ Πνεῦμα ἅγιον· ἅγιος ἰσχυρὸς ὁ Υἱὸς ἢ ἐνυπόστατος Θεοῦ δύναμις· ἅγιος ἀθάνατος τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ ζωοποιόν, καθὼς φησιν ὁ Ἀπόστολος· «Ὁ νόμος τοῦ πνεύματος τῆς ζωῆς.» Οὐχ ὅτι οὐκ ἔστι Θεὸς ὁ Υἱὸς, ἢ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὐδ' ὅτι οὐκ ἔστιν ἰσχυρὸς ὁ Πατήρ, ἢ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὐδ' ὅτι οὐκ ἔστιν ἀθάνατος ὁ Πατήρ, ἢ ὁ Υἱὸς, ἀλλὰ καθὼς ὁ Ἀπόστολος τὰς ὑποστάσεις δεῖξαι βουλόμενος, φησίν· «Ἡμῖν δὲ, εἰς Θεὸς ὁ Πατήρ, ἐξ οὗ τὰ πάντα, καὶ εἰς Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, δι' οὗ τὰ πάντα, καὶ ἐν Πνεῦμα ἅγιον, ἐν ᾧ τὰ πάντα,» οὕτω κἀνταῦθα. Τοῦτο δὲ καὶ Δαβὶδ προανεφώνησεν εἰπὼν· «Ὁν τρόπον ἐπιποθεῖ ἡ Ἐλαφος ἐπὶ τὰς πηγὰς τῶν ὑδάτων, οὕτως ἐπιποθεῖ ἡ ψυχὴ μου πρὸς σέ, ὁ Θεός.» Ἴδου κοινῶς τὴν θεότητα εἰπὼν, ἐπήγαγε, καὶ τὰς ὑποστάσεις σημᾶναι βουλόμενος· «Ἐδίψησεν ἡ ψυχὴ μου πρὸς τὸν Θεὸν τὸν ἰσχυρὸν τὸν ζῶντα.» Ὁ γὰρ αἰεὶ ζῶν, ἀθάνατος. Εἰπὼν τοίνυν, «Ἐπιποθεῖ ἡ ψυχὴ μου πρὸς σέ, ὁ Θεός,» ἐσήμανεν τὴν μίαν θεότητα. Ἐἶτα εἰπὼν, «Ἐδίψησεν ἡ ψυχὴ μου πρὸς τὸν Θεὸν τὸν ἰσχυρὸν, τὸν ζῶντα,» τὸ τριαδικὸν τῶν ὑποστάσεων ἔδειξε. Καὶ πάλιν ἐπανῆλθεν εἰς τὸ ἐνιαῖον τῆς φύσεως· «Πότε ἤξω καὶ ὀφθήσομαι τῷ προσώπῳ τοῦ Θεοῦ;»

δ'. Εἰ δὲ τις εἴποι ὅτι πολλάκις καὶ ἐπὶ μιᾶς ὑποστάσεως λέγεται τὸ τρισόλβιος, καὶ τριπόθητος, καὶ τρισμακάριστος, γινωσκέτω ὅτι τὸ τρεῖς, ὅτε μὲν διὰ τῆς, εἰ, διφθόγγου γράφεται, τὸν τριαδικὸν ἀριθμὸν σημαίνει, ὅτε δὲ διὰ ψιλοῦ τοῦ ι, τάττεται ἀντὶ τοῦ, πολλάκις, ὡς φησὶν τρεῖς ἄνθρωποι, καὶ «Τρεῖς εἰσιν οἱ μαρτυροῦντες, τὸ ὕδωρ καὶ τὸ αἷμα, καὶ τὸ πνεῦμα,» καὶ τρεῖς διὰ τοῦ ἰῶτα ἐπιρρήματικῶς, ἀντὶ τοῦ, πολλάκις, ὡς φησιν ὁ Ἀπόστολος, «Περὶ τούτου τρεῖς τὸν Κύριον παρεκάλεσα,» ἀντὶ τοῦ, πολλάκις. Ἰστέον δ' ὅτι καὶ ἐπὶ τοῦ τριαδικοῦ ἀριθμοῦ, ὅταν ἐπιρρήματικῶς λέγεται, διὰ τοῦ ἰῶτα γράφεται. Ὅσον ἅπαξ, καὶ δις, καὶ τρεῖς, καὶ τετράκις, καὶ ἐν τῇ συνθέσει δὲ, εἴτε τὸν τριαδικὸν, εἴτε τὸν πολλὰ ἀριθμὸν σημαίνει, διὰ τὸ ἰῶτα γράφεται· τριώνυμος γὰρ ὁ τρία ὀνόματα ἔχων, καὶ τριπόθητος ὁ πολυπόθητος, τρισμακάριστος ὁ πολλάκις μακάριστος, τρισόλβιος, ὁ πολλάκις ὀλβιος. Καὶ ταῦτα

tionem coeuntium numerum declarent (2)? sanctus Deus (3) et Pater, ex quo Deus Filius, et Deus Spiritus sanctus: sanctus fortis Filius, Dei subsistens virtus: sanctus immortalis Spiritus sanctus, vivificans, quemadmodum ait Apostolus: «Lex spiritus vitæ». 484 Non quod Deus non sit Filius, aut Spiritus sanctus; neque etiam quod fortis non sit Pater, aut Spiritus sanctus; nec demum quod Pater immortalis non sit, nec Spiritus sanctus: verum, sicut Apostolus personas indicare cupiens, ait: «Nobis autem unus Deus Pater, ex quo omnia; et unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia: et unus Spiritus sanctus, in quo omnia»; ita etiam hoc in loco. Hoc autem David his quoque verbis astruxerat: «Quemadmodum desiderat cervus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te, Deus». Ecce postquam commune deitatis vocabulum assumpsit, ut personas deinde significaret, subjunxit: «Sitivit anima mea ad Deum fortem, vivum» (nam qui semper vivit, immortalis est). Cum itaque dixit: «Desiderat anima mea ad te, Deus,» unam expressit divinitatem. Cum autem subjecit, «Sitivit anima mea ad Deum fortem, vivum,» personarum trinitatem commonstravit. Ac rursus ad unitatem naturæ regressus est, «quando veniam et apparebo ante faciem Dei».

4. Quod si quis objiciat de una persona sæpe dici, ter felicem, ter charum, ter beatum: noverit, τρεῖς, cum per diphthongum ει, scribitur, ternarium numerum significare: cum autem per simplex ι, idem valere quod, multoties. Sic dicimus τρεῖς, tres homines, et τρεῖς: «Tres sunt, qui testimonium dant, aqua, et sanguis, et spiritus». Τρεῖς, vero per simplex ἰῶτα adverbialiter, pro multoties, quo sensu ait Apostolus: «Propter quod τρεῖς, ter Dominum rogavi», hoc est pluribus vicibus. Illud porro sciendum est numerum ternarium, dum per adverbium enuntiatur, per ἰῶτα scribi: v. gr. semel, et δις, bis, et τρεῖς, ter, et τετράκις quater: in compositione item, sive ternarium numerum, sive plura simul denotet, per ἰῶτα, scribi ut τριώνυμος dicitur tria nomina habens, τριπόθητος, maxime charus, τρισμακάριστος, multipliciter beatus, τρισόλβιος, multis nominibus felix. Quæ quidem in

² Rom. viii, 2. ³ I Cor. viii, 6. ⁴ Psal. xli, 2. ⁵ ibid. 3. ⁶ ibid. ⁷ ibid. ⁸ I Joan. v, 8. ⁹ I Cor. xii, 8.

NOTÆ.

(2) Eriphan. in Ancorato; cujus verborum sensum duntaxat proposuit Damascenus: nec enim ὑπόστασιν pro persona sumendam concessit unquam Eriphanus.

(3) Sanctus Deus. Hymnum Trisagium ex hymno Cherubico, seu Seraphico, sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus Sabaoth, et his verbis psal. xli: Sitivit anima mea ad Deum, fortem, vivum, conflatum esse dixerat ante Damascenum Jobius monachus, ut discimus ex Photio cod. 222, hancque interpretationem traditam sibi fuisse aiebat a Judæo, qui Christianam amplexus fidem sapientia et vitæ sanctimonia clarus evaserat: scilicet Deum sanctumque

D dici, ut differre significetur ab idolis, quæ terrena sunt, et manuum hominum opera, vereque abominanda: fortem, cum illa muta et infirma sint; immortalē denique, eo quod illa spiritu et actione, omnique vita careant. Insuper sanctam huncce virum sibi narrasse, ὡς τῷ μακαρίῳ ἢ τοῦ εἰρημένου μελωδήματος δι' ἀποκαλύψεως ἐμνήθη σύνθεσις: ἀγγέλων μὲν τὴν ἱερολογίαν ταύτην ἀναμελπόντων, ἐκείνου δὲ τὴν μύησιν πρώτου ἐκείθεν ἐκδεξαμένου. Beato Proclo Constantinopolitano præsuli, prædicti carminis compositionem explicatam fuisse, angelis quidem divinas voces modulantibus, illo omnium primo ab eis expositionem egram excipiente.

una persona perquam chara, beata et felice locum habent. At vero, dum ternarium numerum exprimit, non nisi de ipsomet numero proprie enuntiari potest: v. gr. διώνυμος dici nequit, qui nomina duo non habet, nec τριχρως, qui tribus coloribus præditus non est. Quare cum trinominem aliquem vocamus, indicamus ipsum tribus tantum nominibus insigniri. Dum autem τρισάγιον, *ter sanctum* dicimus, in sancta quidem Trinitate locum habet: quippe cum tres duntaxat personas complectatur, quarum quælibet et sancta est ac celebratur, jureque ac proprie τρισάγιος *ter sancta* prædicatur. Verum si de una persona caneretur, suspicari quis posset, eam vel tribus essentiis, vel tribus hypostasibus constare: quorum utrumque de unica divinitatis persona asserere nefarium et impium est. Quin potius hoc dicimus absurdum prorsus esse, ad unam ex divinitatis personis Trisagium hymnum referre; ut qui tres divinitatis personas aperte declaret. Nam si communem essentiam significaret, de unaquaque persona pronuntiaretur. Cum autem trium personarum numerum designet, ab re prorsus fuerit illum **485** de una efferre, ne alioqui novies-sanctam esse Trinitatem effutiamus. Siquidem ternarius in se multiplicatus, novenarium numerum gignit.

5. Diximus eum qui duo nomina habeat, binominem dici, et qui tria nomina, nec plura, nec pauciora, trinominem. Cur ergo *ter* tantum sanctus Pater, aut Filius, aut Spiritus sanctus dicitur? numquid solus Pater in tribus personis subsistit, aut solus Filius, aut solus Spiritus sanctus, ut quilibet *ter* sanctus prædicetur? absit! Imo infinite infinite sanctus. At sancta divinitas, in tribus personis existens, merito *ter* sancta proclamatur. Cum itaque Trisagium hymnus tres deitatis personas indicet, de una persona dicendus non est. Nam definitum numerum indefinitæ deitati assignare non possumus, præter essentiæ unitatem, et personarum Trinitatem. Enim vero si quis a nobis sciscitetur, cur baptizando triplicem immersionem facimus, quidnam aliud respondebimus, nisi quod pro qualibet persona semel immergamus, ac *ter*, quia tres personæ sunt, non autem *ter* pro qualibet persona? nam alioqui novem immersiones adhibendæ forent, quod omnino nefas esset. Eaque etiam ratione ad unamquamque immersionem nomen unius e tribus personis pronuntiamus. Eodem modo si quærat a nobis, cur hæc vox *sanctus* *ter* canitur, non bis aut quater; propter Trinitatem in tribus personis subsistentem id fieri, vere dixerimus. Quanam itaque ratione Trisagium hymnum de una persona canere possemus? sic etenim nos ipsos mendaces, verborumque nostrorum refractarios constitueremus. Unaquæque deitatis persona,

Α μὲν ἐφ' ἑνὸς προσώπου, πολυκοβήτου καὶ πολυολβίου καὶ πολυμάχαρος χώραν ἔχει. Τὸ δὲ σημαντικὸν τοῦ τριαδικοῦ ἀριθμοῦ οὐ δυνατόν, εἰ μὴ ἐπ' αὐτοῦ κυρίως τοῦ ἀριθμοῦ λεχθῆναι· εἶναι, ἀδύνατον μὴ δύο ὀνόματα ἔχοντα, διώνυμον εἶπειν, καὶ τὴν τρεῖς χροιάς μὴ ἔχοντα, τριχρως. Ὅταν οὖν λέγομεν τριώνυμον, δηλοῦμεν, τρία μόνον ἔχειν ὀνόματα ὡς τριώνυμον προσαγορευόμενον^α. Ἐάν δὲ εἴπωμεν τρισάγιον, ἐπὶ μὲν τῆς ἁγίας Τριάδος χώραν ἔχει. Τρεῖς γὰρ μόνες ὑποστάσεις ἔχουσα, ἐκάστης ἁγίας οὐσίας καὶ ὑμνουμένης, οἰκταίως ἂν λεχθεῖη τρισάγιος. Εἰ δὲ ἐπὶ μιᾶς ὑποστάσεως ῥηθεῖη, ὑποτοπᾶσαι τις, ἢ ὡς τρεῖς ἁγίας οὐσίας, ἢ τρεῖς ἁγίας ὑποστάσεις κέκτηται· ὡς ἐκάτερον ἀθέμιτόν τε καὶ ἀσεβὲς ἐπὶ μιᾶς τῶν τῆς θεότητος εἰπεῖν ὑποστάσεων. Καὶ τοῦτο δὲ φαίημεν, ὡς τὸν Τρισάγιον ὕμνον ἐκφαντορικὸν ὄντα τῶν τριῶν τῆς θεότητος ὑποστάσεων, ἀπέπον μὲν τῶν τῆς θεότητος ὑποστάσεων^β ἀνατιθέσθαι. Εἰ μὲν γὰρ τοῦ κοινῆς τῆς οὐσίας εἶη^γ σημαντικὸς, ἐλέγετο ἂν ἐφ' ἐκάστης τῶν ὑποστάσεων· σημαντικὸν δὲ ὄντα τοῦ ἀριθμοῦ τῶν τριῶν ὑποστάσεων, οὐκ εὐκαιρὸν ἐπὶ μιᾶς αὐτῶν λέγειν, ἵνα μὴ ἐννάγιον τὴν ἁγίαν Τριάδα ἀποφηνώμεθα. Ὁ γὰρ τρεῖς ἀριθμὸς ἐφ' ἑαυτὸν πολυπλασιαζόμενος, τὰν ἐννέα ἀπογεννᾶν ἀριθμὸν πέφυκεν.

Εἰ. Εἴπομεν, ὡς ὁ δύο κεκτημένος ὀνόματα, διώνυμος λέγεται, καὶ τριώνυμος ἐστὶν ὁ τρία ἔχων ὀνόματα, καὶ αὐτὸ πλείονα, αὐτὸ ἐλάττωνα. Τί οὖν τρίτον μόνον ἅγιος ὁ Πατήρ, ἢ ὁ Υἱός, ἢ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἢ τρισυπόστατος ὁ Πατήρ μόνος, ἢ ὁ Υἱός μόνος, ἢ μόνον τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἢ ἕκαστος λεχθεῖη τρισάγιος; μὴ γένοιτο. Ἀλλὰ καὶ ἀπειράκις ἀπείρως. Ἡ δ' ἁγία θεότης, ὡς τρεῖς μόνες ὑποστάσεις ἔχουσα ἁγίας, οἰκταίως ἂν ῥηθεῖη τρισάγιος. Ὅστε οὐκ ἐπὶ μιᾶς τῶν ὑποστάσεων χάρι λέγειν τὸν Τρισάγιον ὕμνον, ἐνδεικτικὸν ὑπάρχοντα τῶν τριῶν τῆς θεότητος ὑποστάσεων. Ὁρισμένον γὰρ ἀριθμὸν οὐκ ἐστὶν εἶπειν ἐπὶ τῆς ἀορίστου θεότητος, εἰ μὴ μονάδα μὲν οὐσίας, Τριάδα δὲ ὑποστάσεων. Εἰ γὰρ τις ἡμᾶς ἔροιτο, ἀνθ' οὗ βαπτίζοντες, τρίτον ποιούμεθα τὴν κατάδυσιν, τί ἂν ἄλλο φαίημεν, ἢ ὅτι καθ' ἐκάστην τῶν τῆς θεότητος ὑποστάσεων, μίαν κατάδυσιν, καὶ τρεῖς διὰ τὸ τρισὸν τῶν ὑποστάσεων, καὶ οὐ τρεῖς καταδύσεις καθ' ἐκάστην τῶν ὑποστάσεων; ἢ οὕτω γε, ἐννέα τὰς καταδύσεις ἐποιούμεθα· ὅπερ ἀθέμιτον^δ. Διὸ καθ' ἐκάστην τῶν καταδύσεων, τὸ ὄνομα μιᾶς τῶν τριῶν ὑποστάσεων ἐπιλέγομεν. Οὕτω καὶ ἐάν ἐρωτώμεθα, τίνος χάριν τρεῖς ἢ τὸ, ἅγιος, λέγεται, ἀλλ' οὐ δις ἢ τετράκις; διὰ τὴν τρισυπόστατον θεότητα ἀληθεύοντες φαίημεν. Πῶς οὖν τὸν Τρισάγιον ὕμνον ἐπὶ μιᾶς τῶν ὑποστάσεων εἴπωμεν; ψεύστας γὰρ ἑαυτοὺς καὶ παραβάτας τῶν ἡμετέρων συνιστάνομεν λόγων· ἐκάστη τῶν τῆς θεότητος ὑποστάσεων, ὡς φησὶν ὁ θεὸς Βασίλειος

VARIE LECTIONES.

^α Edita προσαγορευόμενον. ^β Reg. 1 τῶν αὐτῶν ὑποστάσεων, δεest τῆς θεότητος. ^γ Duo eodd. ἦν. ^δ Sic Mss. Vel. interpr. nefarium; edit. ἀδύνατον. ^ε Regii 2 τρίτον. Vel. interpr. tertium.

μοναδικῶς ἐξαγγέλλεται. Εἰς Πατὴρ ἃ, ὁ Πατήρ, καὶ εἰς Ἅγιος, ὅτι μία ὑπόστασις, μία τρισάγιος φύσις ἢ θεότης, ὅτι τρεῖς ὑποστάσεις· οὐ τρισάγιος ὁ Πατήρ, ὅτι μία ὑπόστασις· οὐ τρισάγιος ὁ Υἱός, ὅτι μία ὑπόστασις· οὐ τρισάγιον τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ὅτι μία ὑπόστασις· τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον καὶ πανάγιον, σύμπας ὁ τῶν Θεοφῆρων καὶ Θεοπνεύστων Πατέρων χορὸς ἀεὶ σὺν ἀναπνοῇ πάσῃ συνεξοφῶναι. Τρισάγιον δὲ τοῦτο, οὐπω καὶ νῦν ἐν τινι λόγῳ τῶν ἱερῶν Πατέρων εὐρήκαμεν, τοῦ Κναφέως τοῦτο τὸ λήρημα, ἐξ ἀπονοίας, ὅτι πλείστης τολμήσαντος γυμνῆ, τὸ δὴ λεγόμενον, κεφαλῆ· ὁ τῶν ἀκολάστων γυναίων δεικνύει τὸ ἀναιδέες· ὡς σοφιώτερον δῆθεν τῶν Σεραφίμ καὶ ὑψηλοτέρου τὴν μύησιν, οἶόν τι ἀφιλοκάλητον ὕφασμά κναφεῦσαι τὸν Τρισάγιον ὕμνον. Εἰ γὰρ εἰς τὸν Υἱὸν μόνον τὸν Τρισάγιον φήσομεν ὕμνον, λέλυται τὸ ἀμφίβολον ἀνευδυσίας, καὶ ἡμεῖς Μαρωνίσομεν (4), προσθέμενοι τῷ Τρισαγίῳ τὴν σταύρωσιν. Ἄλλὰ μὴ γένοιτο διὰ χειλέων τοῦτο ἄγειν, ἰλέω τυχόντι Θεῷ, θάνατος αἰρετώτερος. Ἄρον ἀπ' ἐμοῦ τὸν θάνατον τοῦτον, θάνατος ἐν τούτῳ τῷ λέβητι.

optanda potius mors est. Aufer a me mortem hanc : mors enim in hac olla est ¹⁰.

¹⁰ IV Reg. iv, 40.

VARIE LECTIONES.

* In H. 3451 εἰς τοῖνον Πατήρ.

NOTÆ.

(4) *Μαρωνίσομεν*. Regg. 1829 et 3442, ἀνευδυσίας παροινήσομεν, καὶ ἡμεῖς προσθῶμεν. Edita Basil. ἀνευδυσίας καὶ ἡμεῖς παροινήσομεν, προσθῶμεν. Alios vero duos cōdices sequor, Reg. 2930, cum alio; quibus conciniit vetus inl. qui transtulit: *Indubitanter et nos Maronizabimus, apponentes Trisagio crucifixionem*. Jam ante vidimus Damascenum in libello *De recta sententia* Maronitas heterodoxis adnumerasse, καὶ μὴ κοινωνεῖν ἑτεροπίστῳ οὕτως μὴ ὁμολογοῦντι, ἐξαιρέτως τοῖς Μαρωνίταις, *nec communicaturum cum altero qui fidem istam non confiteatur, et præsertim cum Maronitis*. Maronitas Trisagio crucifixionem, perinde atque Jacobitas, apposuisse perhibent acta synodi quæ coram Hieronymo Dandino Clementis VIII ad eos nuntio in Libano monte celebrata est, in quibus legimus: *Trisagium duobus modis in eorum libris usurpari. Cum ad totam Trinitatem refertur, nihil addi: cum ad secundam personam, Verbi propter assumptam carnem, nativitatem, crucifixionem, et mortem interponi*. Sic etiam vir Cl. Faustus Naironus, ipse Maronita, in dissertatione *De origine, nomine, et religione Maronitarum*, p. 132, testatur Trisagium, adjecta crucifixione interpolatum a suis identidem cani. Esto additamentum istud interpretentur catholico sensu, qui a sancto Ephræmio Antiocheno patriarcha approbatus reperitur apud Photium cod. 228; attamen Damasceni ætate hæreticus habebatur, qui ad solam Verbi personam hymnum ejusmodi restringeret, adjecta in primis crucifixione, non solum quia ejusmodi cantica, quibus Deus ter sanctus celebraretur, ad Trinitatem referri debere Patres censuerant, sed etiam quia, ut can. 81 Trullano declaratur, interpolationis hujus parens fuerat Petrus Fullo Monophysita, qui passiones carnis in divinam Christi naturam refunderet. Unde in synopsi operis Timothei CP. de receptione hæreticorum, quam Combefisius edidit H. Auctarii Biblioth. PP. Græc. hæc de Maronitis traduntur: Μαρωνίται, οἱ τὴν δ', καὶ τὴν ε', καὶ τὴν

A ut divinus ait Basilius, per unitatem enuntiatur. Unus Pater, et unus Sanctus, eo quod una sit hypostasis: una ter sancta natura divinitas, quia tres hypostases sunt: non ter sanctus est Pater, quia unica persona; non item ter sanctus Filius, quia una quoque persona; non item ter sanctus Spiritus sanctus, quia unica persona. Sanctorum Patrum chorus Spiritum sanctum et πανάγιον, id est, modis omnibus sanctum, ex imis præcordiis simul una voce proclamant; at ter sanctum illum concini, in nullo prorsus eorum libro hactenus invenimus. Cnaphei hoc deliramentum est, qui ingenti tumens arrogantia, aperto, ut dicitur, capite (quod quidem impudicarum mulierum impudentiam exprimit) ac si ipsismet Seraphim sapientior foret, ac mysterious intelligentior, Trisagium hymnum tanquam inelegantem pannum quemdam fullonum more expurgare veritus non est. Etenim si ter sanctum hymnum de Filio solo dicamus, omnis prorsus sublata est ambiguitas, atque cum Maronitis Trisagio crucifixionem adjicimus. Verum absit, ut vel labiis hoc usurpemus: propitius nobis sit Deus;

ε', ἀποβαλλόμενοι σύνοδον, καὶ τὴν σταύρωσιν τῷ Τρισαγίῳ προστιθέμενοι, καὶ μίαν θέλησιν, καὶ μίαν ἐνέργειαν τοῦ Χριστοῦ πρεσβεύοντες. Μαρωνίται δὲ κέκληνται ἀπὸ τοῦ μοναστηρίου αὐτῶν Μαρωῦ καλουμένου ἐν Συρίᾳ. *Maronitæ qui quartam, quintam et sextam synodum rejiciunt, adduntque Trisagio crucifixionem, et unam voluntatem, unamque operationem docent. Appellati sunt Maronitæ a monasterio suo quod Maro nuncupatur in Syria*. Ad hæc quam proxime accedunt quæ Eutychius Alexandrinus de Monotheletarum primordiis narrat, tom. II *Annal.* p. 190: *Fuit tempore Mauricii imperatoris Romanorum, monachus quidam nomine Maron, qui asseruit Domino nostro Christo duas naturas, et voluntatem unam, operationem et personam unam, fidemque hominum corruptit. Māxima autem qui doctrinam ejus amplexi sunt pars erant incolæ Hama et Kennesrim et Awasem, cum Romanorum nonnullis, appellatique sunt ipsius asseclæ, qui idem cum ipso assererent, Maronitæ, nomine ab ipso Marone deducto: quo mortuo incolæ urbis Hama, monasterium ibi exstructum Der Maron (monasterium Maronis) appellarunt, ejusque fidem professi sunt. Orientales quidem haud alio quam Maronitarum nomine Monotheletas vocitarunt: at Maronitas illos duas naturas in Christo non agnovisse innuit epitomator Timotheanus, asserens eos, non sextam modo, verum et quartam, quintamque synodos exhorruisse; itemque Trisagii interpolationem admisisse quam Fullo Monophysita invexerat, ejusdemque factionis alii propugnabant. Nisi forte eam præ cæteris Syris Maronitæ servare voluerint, quam Ephræmius, alique forsitan Antiocheni patriarchæ orthodoxi absque detrimento fidei duarum naturarum aliquando approbant. Insuper allucinatus est Eutychius, narrando monasterium Maronis Apameæ civitati vicinum, a Marone hæretico nomen accepisse. Nam ex actis synodi CP. sub Menna apparet monasterium juxta Apameam de sancti Maronis nomine dictum tunc floruisse, ac præterea ejus-*

486 6. Nec quisquam dicat (quod quidem a multis audi) quid prohibeat, quominus, quemadmodum post, *Gloria Patri et Filio et Spiritui sancto* subjungimus, *crucifixo voluntarie, atque a mortuis resurgenti*, aut aliud quid hujusmodi; sic etiam Trisagium hymnum canentes, addamus, qui *crucifixus est pro nobis*. Respondemus enim ritus et traditiones Ecclesiae suum vigorem obtinere debere. « Ne transgrediaris terminos antiquos, inquit Scriptura¹¹, quos posuerunt patres tui. » Atque ut magnus monet Basilius¹², « quidquid antiquitate excellit, venerationem meretur. » Igitur hic ritus antiquus Ecclesiae traditus fuit, ut ad modum textus dicatur, *Gloria Patri et Filio et Spiritui sancto*. Sicut ergo cum textum aliquem, puta psalmi cujuscumque, aut cantici dicimus, saepe subjungimus *troparium* (5), vel modulum qui ad praecedentis textus sensum nequaquam accedit: sic postquam ad instar textus (6),

¹¹ Prov. xii, 28. ¹² orat. 1 De jejunio.

NOTÆ.

dem cœnobii monachos catholicæ fidei studiosissimos fuisse, ita ut Petri Apamensis, socii Severi, depositionem persequerentur, tum apud episcopos secundæ Syriæ, tum etiam apud Hormisdam papam, ad quem etiam Latine exstat ea de causa epistola *Alexandri presbyteri et archimandritæ monasterii S. Maronis, aliorumque monachorum*. Quapropter, ut conjecturis tantisper indulgeam, existimavero horum successores, virus tandem Jacobiticæ hæresis ebibisse, eo tempore quo Athanasius nefandus Jacobitarum patriarcha, varia loca et regiones peragrando, complures dementavit, ac præ cæteris Heraclio imperatori, quem Hierapolim usque convenerat, persuasit, ut unam duntaxat voluntatem operationemque Christo tribueret. De hoc Athanasio sanctus Antiochus, hom. 130, scribit: *Audivimus venisse in Oriente præcursores Antichristi, qui sedem Antiochenam ambiat obtinere. Is Athanasius Ἀθανάσιος quidem nominatur, melius vero dicendus foret θάνατος ἀθάνατος, mors immortalis, qui Apollinari, Eutychis, Severi, Jacobique dogmata prædicat. Ἐπεὶ οὖν, ὡς γέγραπται μοι, πολλάς χώρας καὶ τόπους καὶ νήσους ἐξ ἀνάγκης ἀμείθει, καὶ συμβαίνει πολλάς ἀρέσεις εἰς διαφόρους τόπους εἶναι. Quandoquidem igitur, ut mihi scriptum est, in regiones multas, locaque et insulas pergere cogitur, hinc contingit ut variæ variis in locis hæreses nascantur. Cæterum multa jam sæcula præteriere, ex quo inclyta gens Maronitarum relicto errore ad Ecclesiam ea devotione rediit, ut alias religione vincere videatur. Hic obiter monebo in parochia, seu diœcesi Cyrensi exstitisse monasterium aliud sancti Maronis, cujus vitam Theodoretus in *Historia religiosa* scripsit. Ex quo certum videri possit, duos eadem circiter ætate, ejusdem nominis archimandritas in Syria floruisse. Anastasius Sinaita in Ὁδηγῶ, non semel meminuit alterius Maronis; sed qui Nestorianus, non Monophysita, aut Monotheleta fuit.*

(5) Vox *τροπάριον*, in officiis ecclesiasticis Græcorum communis est. Goarius *modulum* transtulit. *Versiculum* potius dixero. Cæterum *μελῶδημα* troparii synonymum esse innuit Damasceni contextus quod *modulum* interpretati sumus.

(6) Sic postquam, etc. Jacobus Sirmondus in epistolam 3 Aviti Viennensis, qui de hymno Trisagio dicendum suscepit, postquam ex Damasceno ostendit, Orientales Patres nunquam de Filio solo

5. Εἰ δὲ τις ἐρεῖ· Πολλῶν λεγόντων ἀκήκοα· ὅτι τίνος ἔνεκα, Δόξα Πατρὶ καὶ Υἱῶ καὶ ἁγίῳ Πνεύματι λέγοντες, ἐπιλέγομεν πολλάκις, τῷ σταυρωθέντι βουλήσει, καὶ ἐκ νεκρῶν ἀναστάντι, ἢ τοιοῦτότροπον, ἕτερον· τὸ Τρισάγιον λέγοντες, μὴ ἐπενέγκωμεν τὸ, ὁ σταυρωθεὶς δι' ἡμᾶς; φήσωμεν πρὸς αὐτόν· ὅτι τὰ ἔθνη καὶ αἱ παραδόσεις τῆς Ἐκκλησίας, κρατεῖτωσαν. « Μὴ μέταιρε γάρ, φησὶν, ὄρια αἰώνια ἃ ἔθεντο οἱ πατέρες σου. » Καὶ, « Πᾶν τὸ ἀρχαιότητι διαφέρον, αἰδέσιμον, ὁ μέγας Βασίλειος ἀπεφήγατο. Τῇ οὖν Ἐκκλησίᾳ ἔθος ἐστὶν ἀνωθεν παραδομένον, εἰς ῥητοῦ τάξιν λέγεσθαι τὸ « Δόξα Πατρὶ, καὶ Υἱῶ, καὶ ἁγίῳ Πνεύματι. » Ὡσπερ οὖν ῥητόν λέγοντες, ψαλμοῦ τυχὸν ἢ ᾠδῆς, ἐπιλέγομεν πολλάκις *τροπάριον* ἢ *μελῶδημα*, μὴ τῆς τοῦ ῥητοῦ **B** *διανοίας ἐχόμενον*· οὕτως ὅταν ἐν ῥητοῦ τάξει, εἰς τὸ, « Δόξα Πατρὶ, καὶ Υἱῶ, καὶ ἁγίῳ Πνεύματι, λέγομεν, ἐπιλέγομεν *τροπάριον ἀρμόζον τῷ Υἱῶ μόνῳ*, μὴ ἐχόμενον τῆς διανοίας, ἢ τῆς συντάξεως

hymnum hunc accepisse, quem et *τριάδικόν* ea de causa nuncuparent, subjungit: « Quanquam hæc, inquam, in Cnaphæi additione, si pravum ejus consilium demas, incommodi nihil futurum: ita nimirum, ut post Trinitatis laudationem, converso ad Filium sermone, his ille verbis supplicetur: *Qui crucifixus es pro nobis, miserere nobis*. Quod et Calandionem sensisse manifestum est, quando Cnaphæi additioni τὸ, Χριστὲ βασιλεῦ, præmisit; et ab Ecclesiae usu non abhorreere agnoscit Damascenus; cum post Trinitatis *dóxologiam*, quæ his verbis continetur, *Gloria Patri et Filio et Spiritui sancto*, subjungi saepe soleat, τῷ σταυρωθέντι βουλήσει, καὶ ἐκ νεκρῶν ἀναστάντι, et qui voluntate *crucifixus est, et qui resurrexit a mortuis*, quæ ad Filium proprie spectant. » Imo vero latissimum discrimen ponit Damascenus, nec quidquam interjici patitur inter has voces *miserere nobis*; et ut tres personas indicando, has unum esse Deum significetur, conjunctim dici ait numero singulari *miserere nobis*. Cæterum una est Jacobitarum tam Syriæ, quam Ægypti sententia, hymno Trisagio de quo nunc agitur, Filium seorsim ut ita dicam celebrari, qui assumpta carne crucifixus est pro nobis, et resurrexit. Sic anonymus Jacobita satis antiquus, in tractatu *De hymno Trisagio*, cujus mihi fragmentum concessum fuit a doctissimo clarissimoque viro D. abbate Renaudot, « omnes fideles in eo quidem **D** consentire ait, in sua sanctificatione Dei et Trinitatis sanctæ Patris, et Filii, et Spiritus sancti, nempe potentis, vivi, et honorum largitoris, sanctificationem (seu hymnum) angelorum ad eam pertinere quæ tribus sanctificationibus constat, dicentium, *Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Sabaoth; pleni sunt cæli et terra gloria ejus sancta*; quæ est confessio de sancta Trinitate. Sed Græcos Melchitas sanctificare Patrem incorporeum seorsim: quamvis non abhorreant a sanctificatione Verbi incarnati, dicendo *ter* ante evangelium liturgiæ, *sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus immortalis, miserere nobis*. Verum Coptitæ Jacobitæ (idem de Syris dicendum) cum Evangelium Christum Dei Filium incarnatum præcipue spectet, qui est Verbum Dei Patris, et Psalmi Davidis prophetia de eo sint, non vero de Patre, dicunt ante illud: *Sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus immortalis, qui natus es ex Virgine, miserere nobis. Sanctus Deus,*

τοῦ, « Δόξα Πατρὶ, καὶ Υἱῷ, καὶ ἁγίῳ Πνεύματι. » Καὶ γὰρ τὸ μὲν, « Δόξα Πατρὶ καὶ Υἱῷ καὶ ἁγίῳ Πνεύματι, » πρὸς δοτικὴν εἴρηται· τὸ δὲ μελῶδημα πολλάκις πρὸς γενικὴν, ἢ αἰτιατικὴν, ἢ εὐθείαν, ἢ κλητικὴν. Κάντεῦθεν δῆλον, ὡς οὐ τῆς ἐννοίας ἔχεται τὸ μελῶδημα τοῦ, « Δόξα Πατρὶ, καὶ Υἱῷ, καὶ ἁγίῳ Πνεύματι. » Οὕτως ἐν ῥητοῦ τάξει φαμέν οὐδαμῶς τὸν σταυρὸν, ἢ τι τῶν ἀφοριστικῶν τῆς τοῦ Πατρὸς μόνης, ἢ τοῦ Υἱοῦ, ἢ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ὑποστάσεως ἐπιλέγομεν· Ἄγιος ὁ Θεὸς ὁ Πατήρ, ἅγιος ἰσχυρὸς ὁ Υἱὸς ὁ σαρκωθείς σαρκὶ καὶ ἀναστὰς, ἅγιος ἀθάνατος τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Τὰς ὑποστάσεις εἰπὼν, καὶ ἓνα Θεὸν εἶναι τὰς τρεῖς ὑποστάσεις δεῖξαι βουλόμενος, συνάπτω καὶ λέγω· Ἐλέησον ἡμᾶς, ὡς φησιν ὁ Θεὸς νομοθετῶν τῷ Μωσῇ· « Κύριος, ὁ Θεὸς σου, Κύριος εἷς ἐστι· » καὶ τὰ Σεραφίμ, ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος, Κύριος Σαβαώθ. Θεὸς ὁ Πατήρ, Θεὸς ὁ Υἱὸς, Θεὸς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἀλλ', εἷς Θεὸς, ἔφησαν οἱ θεηγόροι Πατέρες· καὶ ἅγιος ὁ Πατήρ, καὶ ἅγιος ὁ Υἱὸς, καὶ ἅγιον τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἀλλ' εἷς τὰ τρία ἅγιος· καὶ Κύριος, καὶ Κύριος, καὶ Κύριος, ἀλλ' εἷς δὲ Κύριος. Θεὸς δὲ, καὶ Θεὸς, καὶ Θεὸς Πατήρ, ἢ Θεὸς, καὶ Θεὸς, καὶ Θεὸς ὁ Υἱὸς, ἢ Θεὸς, καὶ Θεὸς, καὶ Θεὸς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἢ ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος, ἢ Κύριος, Κύριος, Κύριος, ἐπὶ μιᾷ τῶν ὑποστάσεων, οὐδεὶς ποὺ τῶν ἐγκρίτων Πατέρων ἡμῶν διηγόρευεν. Ὅσπερ γὰρ τὴν Τριάδα ἀδύνατον λέγειν μιᾶν ὑπόστασιν, οὕτως οὐδεμίαν τῶν ὑποστάσεων, Τριάδα λέγειν ὅσιον. Οὕτω καὶ ἐπὶ Πρόκλου τοῦ τρισμακαρίου ἐξ ἀποκαλύψεως θείας τὸν Τρισάγιον ὕμνησαν ὕμνον, ἅγιος ὁ Θεὸς, ἅγιος ἰσχυρὸς, ἅγιος ἀθάνατος, ἐλέησον ἡμᾶς, ὅτε τὸ παιδίον ἐκ μέσης τῆς πληθύος τῶν λιτανευόντων ἠρπάχθαι φασί, καὶ μεμυῆσθαι τὸν ὕμνον, ἐν ἀέρι γενόμενον, ἐκ τινος ἀγγελικῆς δυνάμεως, καὶ μαρτυρίαν τῆς τοῦ ὕμνου θειότητος γεγενῆσθαι, τῆς ἐπαγωγῆς τὴν λώφησιν. Οὕτω δὲ καὶ ὁ θεῖος βακχεύμενος* Πνεύματι τῶν χλ' θειότατος θιάσος ὕμνησε. Καὶ τίς ἢ καινὴ διδαχὴ αὕτη ἢ νῦν κυκῶσα τὸν τοῦ Θεοῦ λεῖων, καὶ ἀτάκτως διαταράττουσα; quantum in hoc hymno divinitatis esset. Eadem etiam mente divinius sexcentorum et triginta Patrum chorus¹³, Dei Spiritu plenus cum esset, illum cecinit. Quæ igitur hæc nova doctrina est, quo nunc Dei populus exagitur, temereque perturbatur?

ζ'. Ἄλλ' ἐρεῖ τίς αὐθις τυχόν· Διὰ τί ὑπόστασιν, D ὑπόστασιν, καὶ ὑπόστασιν λέγοντες, τρεῖς ὑποστάσεις φαμέν· Θεὸν δὲ, καὶ Θεὸν, καὶ Θεὸν λέγοντες οὐ τρεῖς θεοὺς λέγομεν; Πρὸς ὅπερ ἀποκρινόμεθα, ὅτι τὰ μερικὰ, οὐ κοινοποιῶνται, τὰ δὲ κοινὰ, εἰ

A *Gloria Patri et Filio et Spiritui sancto*, 487 recitavimus, troparium addimus soli Filio conveniens, nec cum horum verborum, *Gloria Patri et Filio et Spiritui sancto*, sententia ac constructione cohærens. Etenim hæc verba, *Gloria Patri et Filio et Spiritui sancto*, dandi casu dicta sunt, modulus autem, persæpe patrii, aut accusativi, aut nominativi, aut vocativi casus est. Ex quo perspicuum est, modulum minime ex horum verborum, *Gloria Patri et Filio et Spiritui sancto*, sensu pendere, nec admodum textus dici. Sic nequaquam crucem, aut aliquid quod Patris duntaxat, aut Filii, aut Spiritus sancti personam secernat, subjungimus; puta, *Sanctus Deus Pater, sanctus fortis Filius, qui incarnatus est et resurrexit: sanctus immortalis Spiritus sanctus*. Postquam tres personas dixi, ut eas tres unum esse Deum demonstrarem, conjunctim dico, *miserere nobis*. Quemadmodum Deus legem Moysi tradens ait: « Dominus Deus tuus, Dominus unus est¹³. » Et, Seraphim, *sanctus, sanctus, sanctus, Dominus Sabaoth*. Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus sanctus; verum Deus unus, inquit divini Patres. Sanctus Pater, sanctus Filius, sanctus Spiritus sanctus; verum hi tres unus sanctus sunt. Et Dominus, Dominus, Dominus, sed unus Dominus. At Deus et Deus et Deus Pater, aut Deus et Deus et Deus Filius, aut Deus et Deus et Deus Spiritus sanctus, aut sanctus, sanctus, sanctus, aut Dominus, Dominus, Dominus, de una & intaxat persona, nemo probatorum Patrum ad hunc usque diem pronuntiavit. Quia sicut Trinitatem personam unam dicere non possumus, ita nec personam ullam, Trinitatem dicere fas est. Ad hunc etiam modum sub beatissimi Procli pontificatum ex divina revelatione Trisagium hymnum cecinerunt, *sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus immortalis, miserere nobis*; nempe cum puerum ex media solennes supplicationes habentium turba raptum fuisse aiunt, subvectumque virtute quadam angelica in aerem, carmen istud didicisse, sedatamque tempestatem testimonio fuisse,

7. Verum fortasse dicet rursus quispiam: qui sit, ut hypostasim, hypostasim, hypostasim fatentes, tres hypostases asserimus; cum autem Deum et Deum et Deum dicimus, tres deos non dicamus? Ad hoc respondemus, quæ particularia sunt, com-

¹³ Deut. vi, 4. ¹⁴ Chalced. synod. act. 1.

VARIÆ LECTIONES.

* Reg. 2 βεβακχευμένος.

NOTÆ.

sanctus fortis, sanctus immortalis, qui crucifixus est pro nobis, miserere nobis: sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus immortalis, qui surrexisti a mortuis et ascendisti in caelos, miserere nobis. Istæc omnino conveniunt cum his quæ ex Severo Antiocheno recitavi in præfatione. Quia vero Severus episcopus Ashumim in opere *De exercitiis Christianorum*,

quo magnam partem rituum Copticorum illustrat, ter sanctum hymnum recitat sine additione, hinc conjici potest additionem illam ante annum 970 Coptis incognitam fuisse; vel eos, quemadmodum Maronitæ, carmen istud identidem sine adjectione cecinisse. Atqui Maronitarum ritus nihil a Jacobiticis olim discrepabant.

munia non fieri; communia vero, tametsi ab unoquoque particulari participantur, ast una communique ratione: et quidem quaelibet persona privatim consideratur; non autem ipsis communis est hypostasis. Deitas vero, sanctitas et dominatio, etsi in unaquaque personarum reperitur; communis tamen trium personarum est, quia una. Neque enim alia est Patris, alia Filii, alia Spiritus sancti deitas, neque alia sanctitas aut dominatio; verum una et eadem in totum aut et indivise in unaquaque personarum existit; tota Patris, tota Filii, tota Spiritus sancti; una **488** Patris, una Filii, una Spiritus sancti. Personarum autem non eadem est ratio: verum alia Patris, alia Filii, alia Spiritus sancti. Quamobrem quaelibet persona secundum se Deus, et sanctus, et Dominus, et si qui aliud id generis est, dicitur. Dum vero simul numerantur, non tres dii, aut sancti, et Domini, sed hæc tria, unus Deus, unus Dominus, unus sanctus: quia Deus et ejus virtutes, Verbum nempe et Spiritus, unus Deus, unus sanctus, unus Dominus, et non tres; etsi Deus et Deus et Deus sunt: eo quod perfecta quaelibet personæ sit. Item sanctus et sanctus et sanctus: Dominus quoque et Dominus et Dominus, non vero tres dii, aut sancti, aut domini. Verbum enim et Spiritus, virtutes Patris sunt; virtutes, inquam, subsistentes, quæ proinde a Patre, ex quo, et in quo sunt, et ad quem uti ad causam referuntur, separari nequeunt. Neque enim loco, aut voluntate, aut actione, aut viribus, aut auctoritate, aut ulla alia re ex his quæ de Deo dicuntur, ab eo secernuntur: sed subsistentiis duntaxat ac proprietatibus, quibus unaquæque persona sigillatur. Nos etenim, cum gignimur, omnino a patribus scindimur ac disjungimur: quod Theologus Gregorius declarans ¹², his verbis usus est, *dimittentes dimissi*. Non enim apud nos filius patris sui virtus est, aut verbum, aut sapientia. At in Deo hæc duo simul concurrunt, quod Filius et Spiritus Patris virtutes sint, veluti sermo et spiritus mentis virtutes sunt: item quod personæ perfectæ sint; quod quidem soli Deo qui supra essentiam est, convenit. Nos vero sententia et potestate et loco scindimur: quo etiam fit ut ille et ille, non homo, sed homines dicantur; id quod in Deo locum non habet, ut jam diximus.

Sed ea quoque loca, quæ ipsi proferunt, inspicere et accurate excutere juvat. Patrum enim sunt (neque id inficiabimur), at decet ut sanctos Patres ac magistros, quorum unam et ab omni varietate alienam de fide sententiam, unam sancti Spiritus vis et illuminatio monstravit, concordantes, non invicem contrarios, ac multo minus sibimetipsis adversantes secumque pugnantem ostendamus.

¹² Op. 36.

VARIAE LECTIONES.

¹ Reg. 1991 in fragm. ἐκάστης. ² Reg. 2930 ὡς ὑποστάσεις τελείας, νοῦν λόγον, καὶ πνεῦμα, ὅπερ

A καὶ ἐφ' ἐκάστου τῶν μερικῶν μετέχεται, ἀλλ' ἐνιαίως καὶ κοινῶς· καὶ ἐκάστη μὲν ὑπόστασις, ἰδιαζόντως θεωρεῖται, οὐκ ἔστιν δὲ αὐτῶν κοινὴ μία ὑπόστασις. Ἡ δὲ θεότης, καὶ ὁ ἁγιασμὸς, καὶ ἡ κυριότης, εἰ καὶ ἐφ' ἐκάστης τῶν ὑποστάσεων μετέχεται, ἀλλὰ κοινὴ τῶν τριῶν ἐστὶν ὑποστάσεων, μία τυγχάνουσα. Οὐ γὰρ ἄλλη θεότης Πατρὸς, καὶ ἄλλη Υἱοῦ, καὶ ἄλλη ἁγίου Πνεύματος, οὐδὲ ἁγιασμὸς, ἢ κυριότης, ἀλλὰ μία καὶ ἡ αὐτὴ ὁμοίως, καὶ ἀδιαιρέτως ἐν ἐκάστη τῶν ὑποστάσεων οὔσα· πᾶσα Πατρὸς, πᾶσα Υἱοῦ, πᾶσα ἁγίου Πνεύματος, μία Πατρὸς, καὶ μία Υἱοῦ, καὶ μία ἁγίου Πνεύματος. Αἱ δὲ ὑποστάσεις, οὐχ οὕτως, ἀλλ' ἑτέρα Πατρὸς, ἑτέρα Υἱοῦ, καὶ ἑτέρα ἁγίου Πνεύματος. Ἐκάστη μὲν οὖν ὑπόστασις καθ' ἑαυτὴν Θεὸς, καὶ ἅγιος, καὶ Κύριος λέγεται, καὶ εἰ τι τοιοῦτον, ὅτε δὲ συναριθμοῦνται, οὐ τρεῖς Θεοὶ, ἢ ἅγιοι, ἢ κύριοι, λέγονται, ἀλλ' εἰς Θεὸς τὰ τρία, εἰς Κύριος, εἰς ἅγιος, ὅτι Θεὸς, καὶ αἱ αὐτοῦ δυνάμεις, Λόγος καὶ Πνεῦμα, εἰς Θεὸς, εἰς ἅγιος, εἰς Κύριος, καὶ οὐ τρεῖς. Ἀλλὰ Θεὸς μὲν, καὶ Θεός, καὶ Θεός, διὰ τὸ τέλειον τῆς ἐκάστου ὑποστάσεως, καὶ ἅγιος, καὶ ἅγιος, καὶ ἅγιος, καὶ Κύριος, καὶ Κύριος, καὶ Κύριος· οὐ τρεῖς δὲ Θεοὶ, ἢ ἅγιοι, ἢ Κύριοι. Διότι ὁ Λόγος καὶ τὸ Πνεῦμα δυνάμεις εἰσὶ τοῦ Πατρὸς· δυνάμεις δὲ ἐνυπόστατοι ἀχώριστοι τοῦ Πατρὸς, τοῦ ἐξ οὗ, καὶ ἐν ᾧ εἰσι, καὶ πρὸς ὃν ὡς αἴτιον ἀναφέρονται. Οὔτε γὰρ τόπω ἢ βουλήσει, ἢ ἐνεργείᾳ, ἢ ἰσχύϊ, ἢ ἐξουσίᾳ χωρίζονται, ἢ τινι τῶν ὅσα ἐπὶ Θεοῦ λέγεται· εἰ μὴ μόνον ταῖς ὑποστάσεσι, καὶ τοῖς χαρακτηριστικοῖς ἐκάστης ὑποστάσεως ἰδιώμασιν. Ἡμεῖς γὰρ γεννώμενοι, τεμνόμεθα διάμπαξ τῶν Πατέρων, καὶ χωρίζομεθα, καὶ τοῦτο δηλῶν ἐφησεν ὁ θεολόγος Γρηγόριος, ἀφιέντες ἀφιέμενοι. Οὐ γὰρ δύναμις τοῦ Πατρὸς ὁ Υἱὸς ἐφ' ἡμῶν καθέστηκεν, οὐδὲ λόγος ἢ σοφία· ἐπὶ δὲ Θεοῦ, τὰ δύο συντρέχουσι, τὸ καὶ δυνάμεις εἶναι τοῦ Πατρὸς, τὸν Υἱὸν, καὶ τὸ Πνεῦμα, ὡς Λόγον νοῦ καὶ τὸ Πνεῦμα, καὶ ὑποστάσεις τελείας, ὅπερ ἄπρεπον μόνῳ τῷ ὑπερουσίῳ Θεῷ. Ἡμεῖς δὲ καὶ γνώμη τεμνόμεθα, καὶ δυνάμει, καὶ τόπω. Διὸ καὶ ἄνθρωποι, οὐκ ἄνθρωπος ὁ δεῖνα, καὶ ὁ δεῖνα λεγόμεθα· ἐπὶ δὲ Θεοῦ, οὐχ οὕτως, ἀλλὰ καθὼς προειρηκαμεν.

B Ἀλλ' ἄγε καὶ δὴ καὶ ἄς προφέρουσι χρήσεις, ἐπισκεψόμεθα, καὶ τὴν ἀκριβῆ τούτων ἐξέτασιν ποιησώμεθα. Πατρικαὶ γὰρ αὐταί, καὶ οὐδαμῶς ἀντερούμεν· ἀλλὰ χρὴ συμφώνους, καὶ μὴ ἀλλήλοισι ἐναντίους, οὐδὲν δὲ ἐλαττον ἑαυτοῖς ἀντιλόγους καὶ μαχομένους ἀποδεικνύειν τοὺς ἁγίους Πατέρας καὶ διδασκάλους· ὧν τὸ περὶ πίστεως φρόνημα ἐνιαῖον καὶ ἀπαράλλακτον ἔδειξεν ἡ μία τοῦ Πνεύματος δύναμις τε καὶ ἔλλαμψις.

η'. Ο μὲν οὖν ἐν μακαρίᾳ τῇ ὡς λέγει Ἀθανάσιος ὁ Ἀ
 θεοπέσιος, ἐν τῷ περὶ σαρκώσεως καὶ Τριάδος λόγῳ,
 τάδε φησί· « Θεὸς οὖν ἐστὶν ὁ γεννηθεὶς καὶ γενό-
 μενος ἄνθρωπος· καὶ ἡμεῖς φάμεν, ὅτι Θεὸς ἐστὶν,
 ὅτι καθ' ἡμᾶς γενόμενος ἄνθρωπος. Ἀλλ' οὐ Θεὸς
 καὶ Θεὸς καὶ Θεός, ὁ εἷς τῆς Τριάδος, ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ
 καὶ Θεὸς ἅγιος· ἀλλ' οὐκ ἅγιος, καὶ ἅγιος, καὶ ἅγιος.
 Οὐδὲ τρεῖς μόνον ἅγιος, ἀορίστως, καὶ ἀπειράκις
 ἅγιος καὶ ὑπεράγιος. » Καὶ πάλιν ἀλλαχοῦ λέγει·
 « Εἶδομεν αὐτὸν, καὶ οὐκ εἶχεν εἶδος, οὐδὲ κάλλος.
 Ἦν γὰρ αὐτὸν πρὸ τούτου θεωρήσας ἐν τῇ θεϊκῇ
 καὶ ἐνδόξῳ μορφῇ καθήμενον ἐπὶ θρόνου ὑψηλοῦ καὶ
 ἐπηρμένου, ὅτε τὰ Χερουβὶμ ἐδοξολόγουν αὐτὸν λέ-
 γοντα, ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος, Κύριος Σαβαώθ. Καὶ
 μετὰ ταῦτα ὁρᾷ αὐτὸν μορφὴν δούλου λαβόντα, καὶ
 ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γενόμενον. » Ταῦτα προ-
 φέρουσιν, ἃ καὶ ἡμεῖς ἀσπαζόμεθα· ἀλλ' εἰπάτωσαν·
 μόνον εἶδον ἢ τὸν Υἱὸν καθήμενον ἐπὶ θρόνου, ἢ τῷ
 Πατρὶ συνεδρεύοντα; μόνον δοξολογούμενον, ἢ σὺν
 τῷ Πατρὶ καὶ Πνεύματι; Εἰ μὲν οὖν μόνον, εἰπά-
 τωσαν τῷ Υἱῷ μόνῳ καὶ τὸν Τρισάγιον ὕμνον. Εἰ
 δὲ σὺν τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Πνεύματι, ἐπιγνώτωσαν τῆς
 Τριάδος εἶναι ἀχώριστον, τὸν ἐμφαντικὸν τῶν τριῶν
 ὑποστάσεων, καὶ τῆς μιᾶς οὐσίας καὶ κυριότητος
 αἴνον. Ἄγιος γὰρ, ἅγιος, ἅγιος, ὑμνοῦντα τὰ Σερα-
 φὶμ, καὶ τῇ Τριάδι τὸν ὕμνον προσάγοντα ὑμνοῦσιν
 τὸν Ἰησοῦν. Εἷς γὰρ τῆς Τριάδος ὁ Ἰησοῦς· εἰ δὲ
 τῷ Υἱῷ μόνῳ τὸν Τρισάγιον ἀνατιθέντες ὕμνον, ἀμέτ-
 οχον τοῦ ὕμνου τὸν Πατέρα καὶ τὸ Πνεῦμα τιθέασιν.
 Τὰ μὲν γὰρ κοινὰ συμπεριλαμβάνει τὰ μερικὰ· τὰ
 δὲ μερικὰ, τὰ καθόλου οὐκέτι. Ὁ μὲν γὰρ ἄνθρωπον
 εἰπὼν, πάντας τοὺς κατὰ μέρος ἐσήμανεν· ὁ δὲ
 Πέτρον εἰπὼν, αὐτὸν μόνον ὑπέφηεν, ἀφείρας τὰς
 λοιπὰς ὑποστάσεις τῆς ἀνθρωπότητος.

mines significavit : qui autem Petrum, ipsum solum designavit, omissis cæteris humanæ naturæ personis.

θ'. Πάλιν προβάλλονται τοῦ ἀγίου Ἐπιφανίου, ἐκ
 τοῦ εἰς τὴν ἁγίαν Θεοτόκον λόγου· « Ἡ μακαρία ἐν
 γυναιξίν, ἢ τὸν Λόγον ἐκ σοῦ σαρκωθέντα τεκοῦσα,
 Λόγον τὸν τοῦ Πατρὸς Υἱὸν, Λόγον τὸν προαιώνιον
 Θεόν, Λόγον τὸν ἀναρχον καὶ αἰδῖον, Λόγον τὸν
 ὁμοούσιον τῆς ἀχωρίστου Τριάδος, Λόγον τὸν σὺν
 Πατρὶ καὶ ἁγίῳ Πνεύματι προσκυνούμενον, Λόγον
 τὸν σύνθρονον τοῦ Πατρὸς, Λόγον τὸν ἐπὶ τῶν Χε-
 ρουβὶμ καθήμενον, Λόγον, ὃν τετράμορφα ζῶα δοξο-
 λογοῦσι· λέγοντα, « Ἄγιος, ἅγιος, ἅγιος, Κύριος Σα-
 βαώθ· πλήρης ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ τῆς δόξης σου. »
 Εἰ μὲν ἑτέρα ἢ δόξα αὐτοῦ παρὰ τὴν τοῦ Πατρὸς,
 μόνου αὐτοῦ καὶ τὸν ὕμνον φήσομεν. Εἰ δὲ μία δο-
 ξολογία, καὶ κοινὴ τῆς ἁγίας Τριάδος, εἷς καὶ κοινὸς
 καὶ ὁ ὕμνος. Ἄγιος γὰρ, ἅγιος, ἅγιος λέγοντα, δοξο-
 λογοῦσι τὸν Υἱὸν, ἀλλ' οὐ τὸν Υἱὸν μόνον, ἀλλ' ὡς
 ἓνα τῆς ἁγίας Τριάδος, μέσον Πατρὸς τε καὶ Πνεύ-
 ματος.

8. Divinus itaque, beatæque memoriæ vir Atha-
 nasius ¹⁶ in oratione de Incarnatione ac Trinitate,
 hæc ait : « Itaque Deus est, qui genitus est, atque
 homo factus est : nosque profitemur eum esse
 Deum, qui propter nos factus est homo. Sed non
 Deum et Deum et Deum, qui ex Trinitate unus
 est, Dei Filius, ac Deus sanctus ; verum non, san-
 ctus et sanctus et sanctus ; neque ter duntaxat
 sanctus, sed interminate atque infinite sanctus,
 omnique sanctitate sublimior. » Rursum alio loco
 ait : « Vidimus eum non habentem speciem, neque
 decorem. Siquidem ipsum prius in divina et illustri
 forma in solio excelso et elevato sedentem con-
 spexerat. Cum Cherubim gloriam ipsius his verbis
 celebrarent, sanctus, sanctus, sanctus, Dominus
 Sabaoth. Postea vero ipsum cernit, servi forma
 indutum, atque in similitudinem hominum fa-
 ctum. » Hæc illi proferunt, quæ nos etiam am-
 plectimur. Verum (dicant ipsi) solumne Filium in
 throno sedentem viderit, an cum Patre **489** se-
 dentem ? solumne glorificatum, an vero cum Patre
 ac Spiritu ? si solum ; tersanctum hymnum Filio
 soli attribuant. Sin autem cum Patre ac Spiritu ;
 agnoscant canticum istud a Trinitate separari non
 posse quoties personæ declarantur unaque essen-
 tia et una dominatio. Etenim cum Seraphim san-
 ctus, sanctus, sanctus canunt, atque hunc hymnum
 Trinitati offerunt, Filium una prædicant, utpote
 qui ex Trinitate unus est. Qui autem ter sanctum
 hymnum ad Filium tantummodo referunt, ab
 hymno Patrem et Spiritum sanctum excludunt :
 quia sub communibus particularia comprehen-
 duntur ; sub particularibus autem communia non
 item. Nam qui hominem dixit, singulos omnes ho-
 mines significavit, omissis cæteris humanæ naturæ

9. At vero hoc rursum ex sancti Epiphaniï ora-
 tione de sancta Dei Genitrice proferunt : « Beata
 tu inter mulieres, quæ Verbum ex te incarnatum
 peperisti ; Verbum inquam Patris Filium, Verbum
 ab æterno Deum, Verbum initii expers et sempi-
 ternum, Verbum consubstantiale indivisæ Trinita-
 tis, Verbum quod cum Patre et Spiritu sancto
 adoratur, Verbum Paterni solii socium, Verbum
 sedens super Cherubim, Verbum, ejus gloriam
 animalia quadriformia celebrant, sanctus, sanctus,
 sanctus, Dominus Deus Sabaoth : pleni sunt cæli
 et terra gloria ejus. » Si ipsius gloria a Patris
 gloria diversa est ad ipsum quoque solum hymnum
 pertinere dicemus. Sin autem una et communis
 sanctæ Trinitatis laus est, unus atque communis
 sit hymnus necesse est. Nam cum *sanctus, sanctus,*
sanctus canunt, Filium laudant ; verum non Fi-
 lium modo, sed ut ex Trinitate unus est, inter Pa-
 trem et Spiritum sanctum medius,

¹⁶ orat. de salut. adv. Christi.

VARIÆ LECTIONES.

γ Reg. 2930 in marg. τῇ μνήμῃ. x Reg. 1991 εἶδεν, Isaias scilicet, nec male.

10. Deinde ex Chrysostomo in illud : *Benedictus*, A
 cujus principium est, *Ex miraculis miracula*, hæc
 afferunt ¹⁷ : « Hodie Rex gloriæ in terra voce pro-
 phetica celebratur, atque cœlestis epuli terrigenas
 socios facit : ut ostendat utrorumque se Dominum
 esse ; quippe qui ab utrisque consona voce laude-
 tur. Quamobrem superi quidem salutem illam, quæ
 in terra facta est, declarando canebant : *Sanctus,*
sanctus, sanctus, Dominus Deus Sabaoth : pleni
sunt cœli et terra gloria ejus. Qui autem hic infra
 degebant, una cum cœlitibus festivitatem agentes
 clamabant : *Hosanna in excelsis, hosanna filio Da-*
vid. » Equis tandem sanæ mentis Davidis filium
 ab hymni Trisagii laude secretum dixerit ? Siqui-
 dem unus de Trinitate simul cum Patre et Spiritu
 sancto collaudatur ; sed ad ipsum solum ter sanctus B
 hymnus refertur. Neque enim cum Seraphim,
sanctus, sanctus, sanctus, dicebant, solum Patrem,
 aut solum Filium, aut solum Spiritum sanctum
 significabant ; sed divinitatem in tribus personis
 existentem, velut ter sanctam dominationem Ejus-
 dem itaque sursum cum Patre et Spiritu gloria
 celebratur ; Seraphim non ipsum solum, sed cum
 Patre ac Spiritu canentibus et clamantibus, *san-*
ctus, sanctus, sanctus. Atque idem rursus hunc
 in modum in terra laudatur *Hosanna in excelsis,*
Hosanna filio David : cum tamen hoc hymno una
 tantam (etsi Davidis filius fuit) sublimium divi-
 nitatis personarum indicetur.

490 11. Quod si etiam divinus ille Pater dicat,
 quod superi partam in terra salutem nuntiantes C
 canebant, optime prorsus et divinissimo afflatus
 instinctu hæc ait. Scimus enim cœlum et terram
 divina gloria semper plena fuisse : siquidem « om-
 nia opera Domini Dominum benedicunt, ipsiusque
 gloriam enarrant ¹⁸. » At quia in cœlis angeli veri
 Dei gloriam agnoscebant, humana autem natura,
 quæ terræ domicilium nacta est, eo exciderat, ut
 iacorrupibilis Dei gloriam in corruptibilis hominis
 ei volucrum et quadrupedum similitudinem muta-
 ret : idcirco vir Deo plenus terram divina gloria
 impletam fuisse ait, quia terræ incolæ ad divinæ
 gloriæ cognitionem pervenerunt : id quod quidem,
 nec aliud quidquam præterea, iis, qui in terra
 erant, salutem attulit. Manifestum est autem divi-
 nam gloriam, quemadmodum Patris, ita et Filii et D
 Spiritus sancti esse. Sic enim Dominus etiam, qui
 mentiri non potest, ad Patrem dixit : « Pater,
 opus consummavi, quod dedisti mihi : manifestavi
 nomen tuum ¹⁹. » Et rursus : « Hæc est vita æterna,
 ut cognoscant te solum Deum verum, et quem misi-
 sti Jesum Christum ²⁰. » Hoc modo, uti natura,
 ita etiam gloria trium divinitatis personarum com-
 munis est.

12. Ex sancti item Cyrilli Alexandrini libro *De*

1'. Εἶτα τοῦ Χρυσοστόμου εἰς τὸ, *Εὐλογημένος,*
 οὗ ἡ ἀρχή, *Ἐκ τῶν θαυμάτων εἰς θαύματα* : « Σή-
 μερον ὁ Βασιλεὺς τῆς δόξης ἐπὶ γῆς προφητικῶς δο-
 ξάζεται, καὶ κοινωνοὺς τῆς ἐπουρανίου εὐωχίας τοὺς
 γηγενεῖς ἀναδείκνυσιν ἵνα δείξῃ, ὅτι αὐτός ἐστι Κύ-
 ριος ἀμφοτέρων, ὡς ἐκατέρωθεν συμφώνως ἀνυμνοῦ-
 μενος. Διὰ τοῦτο οἱ μὲν ἄνω, τὴν ἐπὶ γῆς σωτηρίαν
 καταμηνύοντες. Ἐφαλλον, Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος,
 Κύριος Σαβαώθ' πλήρης πᾶσα ἡ γῆ τῆς δόξης αὐ-
 τοῦ. Οἱ δὲ κάτω, τῇ ἐπουρανίῳ εὐφροσύνη συμπαν-
 ηγυρίζοντες ἐκραύγαζον, Ὡσαννά ἐν τοῖς ὑψίστοις,
 ὡσαννά τῷ Υἱῷ Δαβὶδ. » Καὶ τίς εἶποι εὐφρονῶν,
 τὸ Υἱὸν Δαβὶδ καχωρίσθαι τῆς τοῦ τρισαγίου ὕμνο-
 λογίας ; Εἰς γὰρ τῆς ἁγίας Τριάδος συνδοξολογεῖται
 Πατρὶ καὶ Πνεύματι, ἀλλὰ οὐ τὸ Τρισάγιον εἰς αὐ-
 τὸν μόνον ἀναφέρεται. Οὐ γὰρ ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος
 λέγοντα τὰ Σεραφίμ, μόνον τὸν Πατέρα, ἢ μόνον τὸν
 Υἱὸν, ἢ μόνον τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐτήμανεν, ἀλλὰ
 τὴν τρισυπόστατον θεότητα, ὡς μίαν Τρισάγιον κυ-
 ριότητα. Ὁ αὐτὸς τοίνυν ἄνω μετὰ Πατρὸς καὶ
 Πνεύματος ἐδοξολογεῖτο, τῶν Σεραφίμ αὐτὸν, οὐ
 μόνον, ἀλλὰ σὺν τῷ Πατρὶ καὶ Πνεύματι, ὑμνοῦν-
 των καὶ βοῶντων, Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος. Αὐτὸς καὶ
 ἐπὶ τῆς γῆς ἀνυμνεῖται, Ὡσαννά ἐν τοῖς ὑψίστοις,
 ὡσαννά τῷ Υἱῷ Δαβὶδ, μονονουχί διὰ τοῦ ὕμνου
 μίαν τῶν τῆς θεότητος ὑψίστων, εἰ καὶ υἱὸς Δαβὶδ
 ἐχρημάτισεν, ἀποδεικνύμενος ὑποστάσεων.

12'. Εἰ δὲ καὶ λέγοι ὁ Θεοφόρος Πατὴρ ἡμῶν, ὅτι
 οἱ μὲν ἄνω τὴν ἐπὶ γῆς σωτηρίαν καταμηνύοντες
 Ἐφαλλον, λίαν ἄριστα καὶ ἐνθεαστικώτατά φησιν.
 Ἴσμεν γὰρ, ὡς αἰεὶ μὲν τῆς θείας δόξης, πεπλή-
 ρωτο ὁ οὐρανὸς τε καὶ γῆ. Ἐ Πάντα γὰρ τὰ ἔργα
 Κυρίου εὐλογεῖται ὁ Κύριον, καὶ διηγεῖται τὴν
 δόξαν αὐτοῦ. Ἄλλ' ἐπεὶ ἐν οὐρανοῖς μὲν οἱ ἄγγελοι
 τὴν τοῦ ὄντος Θεοῦ ἐπεγίνωσκον δόξαν ἑξώκειλε δὲ ἡ
 ἀνθρωπίνη φύσις, ἡ τῆς γῆς λαχοῦσα ἡ τὴν οἰκησιν,
 καὶ ἠλλάξατο τὴν δόξαν τοῦ ἀφθάρτου Θεοῦ ἐν ὁμοιώ-
 ματι εἰκόνας φθαροῦ ἀνθρώπου, καὶ πετεινῶν, καὶ
 τετραπόδων ἑπιπληρῶσθαι φησιν ὁ Θεοφόρος ἀνὴρ
 τὴν γῆν, κατ' ἐπίγνωσιν τῶν τὴν γῆν κατοικούντων
 θείας δόξης ὅπερ καὶ οὐκ ἄλλο τοῖς ἐπὶ γῆς σωτη-
 ρία γεγένηται. Ἡ δὲ θεία δόξα δῆλον, ὡς Πατὴρ
 ἐστίν, καὶ Υἱοῦ, καὶ ἁγίου Πνεύματος. Οὕτω γὰρ
 καὶ ὁ ἀψευδὴς ἔφησε Κύριος πρὸς τὸν Πατέρα ἡ Πά-
 τερ, τὸ ἔργον ὃ ἔδωκάς μοι, ἐπλήρωσα ἑφάνέρωσά
 σου τὸ ὄνομα. Καὶ πάλιν ἡ Αὐτὴ ἐστὶν ἡ αἰώνιος
 ζωὴ, ἵνα γινώσκωσί σε τὸν μόνον ἀληθινὸν Θεὸν τὸν
 ζῶντα, καὶ ὃν ἀπέστειλας Ἰησοῦν Χριστόν. Οὕτως,
 ὡσπερ ἡ φύσις, οὕτω καὶ ἡ δόξα κοινὴ τῶν τριῶν τῆς
 θεότητος ὑποστάσεων.

13'. Ἐπὶ τοῦ ἁγίου Κυριλλοῦ Ἀλεξανδρείας ἀπὸ

¹⁷ Tom. v, Edit. Savil. p. 882. ¹⁸ Dan. iii, 57; Psal. xviii, 4. ¹⁹ Joan. xvii, 4, 6. ²⁰ ibid. 3.

VARIÆ LECTIONES.

Cod. 1 πεπλήρωται. ² Reg. 3442 εὐλογεῖται. ³ Reg. 2 εὐλογεῖται.

ἔκτου λόγου τοῦ Περὶ τῆς ἁγίας Τριάδος, οὗ ἡ ἀρχή, Ἰσότητος μὲν οὖν· Ἡσαίας μὲν οὖν ὁ θεσπέσιος οὐκ ἐν μείζονι δόξῃ τεθεσθῆναι φησι τὸν Υἱόν, *Εἶδον γὰρ, ἔφη, τὸν Κύριον Σαβαώθ, καθήμενον ἐπὶ θρόνου ὑψηλοῦ καὶ ἐπηρμένον, καὶ πλήρης δόξης ὁ οἶκος αὐτοῦ. Καὶ Σεραφίμ εἰστήκεισαν κύκλῳ αὐτοῦ· ἕξ πτέρυγες τῷ ἐνὶ, καὶ ἕξ πτέρυγες τῷ ἐνὶ· καὶ ταῖς μὲν δυσὶ, κατεκάλυπτον τοὺς πόδας, καὶ ταῖς δυσὶ ἐπέταρτο, καὶ ἐκέκραγον ἕτερος πρὸς τὸν ἕτερον, τὸν ἐν τρίτῃ μὲν ἀρχῇ, καταλήγοντα δὲ εἰς ἐνάδα, καὶ εἰς κυριότητα μίαν, ἁγιασμόν.* Ἰδοὺ τρανωῶς ἔφη, ὅτι τὸν Κύριον Σαβαώθ ὑμνοῦντα, ὃς ἐστὶν εἰς Θεὸς ἐν τρισὶν ὑποστάσεσιν γνωριζόμενος, ἔλεγον τὸν ὕμνον, τὸν ἐν τριτῇ μὲν ἀρχῇ, τουτέστι τὸν ἐν ἀρχῇ μὲν τριτὸν, ὕμνον τῶν τριῶν ὑποστάσεων, καταλήγοντα δὲ εἰς ἐνάδα, καὶ εἰς κυριότητα μίαν, ἁγιασμόν· τουτέστιν, ὅτι ἐνάς οὐσίας, καὶ μία κυριότης τῷ τρισῶ ἁγιασμῷ δηλουμένη ἢ τριτὸς ἢ τῶν ὑποστάσεων. Ὡστε τὸ, Ἄγιος, ἄγιος, ἄγιος, τῶν τριῶν ὑποστάσεων ἐστὶν ἐνδεικτικόν, οὐ μιᾶς· τὸ δὲ, Κύριος Σαβαώθ, τῆς μιᾶς θεότητος καὶ κυριότητος ἐμφαντικόν.

17. Ἐπι τοῦ αὐτοῦ ἀπὸ θ' λόγου Περὶ τῆς ἐν πνεύματι πρὸςκυνήσεως· Ἐπὶ δὲ τῶν ἀνωτάτω δυνάμεων οἶοναι πως ἐντενές τε καὶ ἀκόρεστον, εἰς θεοπτίαν ὑποψίνειν ἔοικεν, τὸ βλέπειν ἀεὶ τὰ Χερουβίμ ἐπὶ τὸ ἱλαστήριον ἐν τῷ τοιῶδε σχήματι. Γράφει καὶ ὁ προφήτης Ἡσαίας λέγων· *Εἶδον τὸν Κύριον Σαβαώθ, καθήμενον ἐπὶ θρόνου ὑψηλοῦ καὶ ἐπηρμένον, καὶ Σεραφίμ εἰστήκεισαν κύκλῳ αὐτοῦ. Καὶ ἕξ μὲν ἐκάστῳ πτέρυγας ἐκπεφυκέναι φησὶ· καλύπτειν δὲ αὐτὰ, ταῖς μὲν δυσὶ τοὺς πόδας, ταῖς δὲ δυσὶ τὰ πρόσωπα, πετάσθαι δὲ ταῖς ἐτέραις.* Καὶ μετὰ βραχεία· Ἐπὶ ἱλαστήριον ἄρα Χριστὸς, ὃς καὶ ἐν σαρκὶ πεφηνῶς, οὐδὲν ἡττόν ἐστι Θεὸς καὶ Κύριος φύσει τε καὶ ἀληθείᾳ, περιεστῶσας ἐν κύκλῳ δουλοπρεπῶς καὶ αὐτὸς ἔχων τὰς ἀνωτάτω δυνάμεις. Ἐἴ γε μὴ πεπῆρωται τις τὰς τοῦ νοῦ αἰσθήσεις, εἰδέναι ἔχει τὸ, καὶ αὐτὸς, ἐνδεικτικόν ὑπάρχειν τοῦ μὴ μόνον αὐτὸν ἔχειν κύκλῳ τὰς δυνάμεις ἀδούσας, μηδὲ μόνῳ ἀναπέμπεσθαι τὸν Τρισάγιον ὕμνον. Τὸ γὰρ λέγειν, καὶ αὐτὸς, διὰ τοῦ, καὶ, συνδέσμου δηλοῖ, ὡς καὶ ὁ Πατὴρ καὶ τὸ Πνεῦμα. Τὸ γὰρ καὶ, προσθήκην δηλοῖ, συμπλεκτικὸς ὃν σύνδεσμος. Ὁμολογουμένως οὖν τοῦ Πατρὸς ἔχοντος κύκλῳ τὰς δυνάμεις ἀδούσας, ἔφη ὡς καὶ αὐτὸς ὁ Χριστὸς σὺν Πατρὶ ἔχει τὰς αὐτὰς δυνάμεις κύκλῳ ἀδούσας. Εἰ δὲ ὁ Πατὴρ, καὶ Υἱὸς, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, κύκλῳ ἔχει δυνάμεις ἀδούσας τὸ, ἄγιος, ἄγιος, ἄγιος, οὐ προσαχτέον τῷ Υἱῷ μόνῳ τὸν Τρισάγιον ὕμνον, ἐμφαντικώτατον ὄντα τῶν τριῶν ὑποστάσεων. Εἰ μὲν γὰρ ἅπαξ, ἢ δις, ἢ τετράκις ὕμνησαν τὸ, Ἄγιος, τριῶν οὐσῶν τῶν ὑποστάσεων, καὶ ἐφ' ἐκάστης τῶν ὑποστάσεων μόνῃς ἐλέγομεν ἀναφέρε-

*A sancta Trinitate*²¹, cuius initium est: *Æqualitatis quidem, illud proferunt.* Ἐ Divinus vates Isaias, non in ampliori gloria Filium se vidisse ait? *Vidi enim, inquit, Dominum Sabaoth sedentem super thronum excelsum et elevatum: et plena erat gloria domus ejus. Et Seraphim stabant circa illum, sex alæ uni et sex alæ alteri. Et duabus velabant pedes et duabus volabant. Et clamabant alter ad alterum*²² sanctitatem, quæ a ternario quidem incipiens, in unitatem unamque dominationem desinebat. En perspicue dixit, quod Dominum Sabaoth laudando (qui quidem Deus est in tribus personis exstans) hymnum canerent qui a ternario quidem incipiens, hoc est triplici cantu tres personas initio celebrans, ad unitatem unamque dominationem desinebat; quia Trinitas personarum, terna sanctitate declarata, substantiæ unitas est unaque dominatio. Atque adeo hæ voces, *sanctus, sanctus, sanctus*, tres personas, non unam, demonstrant: istæ vero, *Dominus Sabaoth*, divinitatem unam ac dominationem.

18. Præterea ex ejusdem libro ix, *De adoratione in spiritu*: *Supremarum autem virtutum velut defixam oculorum aciem, et inexplebile divini prospectus desiderium, illud videtur ostendere, quod Cherubim in propitiatorium semper intuerentur. Atque etiam Isaias propheta de ejusmodi habitu ita scribit: Vidi Dominum Sabaoth sedentem super solium excelsum et elevatum. Seraphim stabant circa illud: atque sex quidem alas utrique fuisse ait: velare autem ipsa, duabus quidem pedes, duabus vero faciem, ac denique duabus reliquis volare.* Ac paucis interjectis: *Propitiatorium itaque Christus est; qui etsi in carne apparuit, nihilominus natura et veritate Deus ac Dominus est; ipse quoque supremas virtutes sese undequaque circumstantes habens.* Si compos mentis est, **491** potest intelligere, his verbis, *ipse quoque*, indicari, non eum solum virtutes canentes circum se habere, neque ad ipsum duntaxat ter sanctum hymnum referri. Nam, cum dicit, *ipse quoque*, per hanc copulam, *quoque*, liquido demonstrat, Patrem etiam et Spiritum simul celebrari. Nam quia vox, *quoque*, copulans est, accessionem innuit. Cum igitur constet, Patrem virtutibus a quibus canatur, circumcingi, Christum quoque ipsum iisdem virtutibus circumcingi dixit. Quod si Pater et Filius et Spiritus sanctus, virtutibus, *sanctus, sanctus, sanctus*, concinentibus cingantur, profecto soli Filio trisagius hymnus ascribendus non est; quandoquidem tres personas declarat. Nam si semel, aut bis, aut quater *sanctus* cecinissent, cum tres personæ sint, ad unamquamque etiam personam singulatim hyni-

²¹ Dial. 6 ad Herm. ²² Isa. vi, 1, 4.

VARIÆ LECTIONES.

ἢ Sic Reg 3441. Edita τριττός. ἢ R. 2930 συναπτικός.

num referendum esse fateamur : quia communia de singulis particularibus enuntiantur. Verum, quia consentaneo modo tersanctus hymnus tres personas indicat, absurdum est, ut qui tres ostendat, de uno duntaxat dicatur. Nam si de uno dicatur, tres personas nequaquam indicat : sin autem tres omnino indicat, non utique de uno dicetur.

14. Ejusdem rursum ex quarto ad Hermiam libro cujus initium est, *Deum igitur ex Deo*, hæc afferunt : « Etsi quis illum angelis æqualem statuat, qui tandem sit, ut, dum ille quidem paternis in sedibus splendet, simulque sedet cum Patre, illi in orbem astent, famulatus, quo ei adsunt, gradum non aspernantes : atque hic quidem Dominus Sabaoth et sit et dicatur ; illi autem dominationis eum acclamationibus ornent, cælumque et terram gloria ipsius plena esse dicant ? Quocirca eum, quem illi etiam qui summam gloriæ apicem obtinent, demirantur, esse factum asserere, frigida sane ac rancida mentis morbus est. » Quisnam autem indicias iverit, Seraphim Filio astare, aut eum cum Patre et Spiritu collaudari, et cum Patre et Spiritu hymnum suscipere, sanctumque esse et Dominum Sabaoth dici ; itemque plena esse cælum et terram gloria ipsius ? profecto qui hæc dicit, hymnum ter sanctum soli Filio non ascribit. Perinde ac si quis duodenarium divinorum apostolorum numerum, Spiritus sancti δωδεκάχορδον, id est, *duodecim filiis constantem* lyram ipsum esse dicat ; is neminem quidem apostolorum honoris expertem relinquit (nam quilibet illorum spiritus chorda dictus est) non tamen propterea ad unumquemque illorum hujusmodi laus refertur. Neque enim Petrus solus duodecim chordarum lyra spiritus est, nec item Andreas ; verum universus apostolorum numerus. Quod si quis, Petrum fortasse laudans, hymnum hunc dicat, hujusmodi tamen hymnus non ipsum solum significabit, verum simul cum ipso universum apostolorum chorum celebrabit. Siquidem dixerit cum duodecim chordarum lyram esse, qui Bethsaida ortus, Joannæ filius fuit, ac Romæ sub Nerone martyrio functus est, mendacem se præbebit. *sanctus, sanctus, pro nobis crucifixus*, hic blasphemix qui *pro nobis crucifixus est*.

15. Ejusdem rursum ex quinto cum Hermia dialogo, qui incipit, *Age, ex omni nobis*, hæc proferunt : « Atqui Seraphim thronum omni natura sublimiorem et excelsum, in orbem circumstant, glorificantes, sanctumque et Dominum virtutum appellantes, ac cælum et terram ipsius gloria plena esse dicentes. Quibus sane rebus omnibus atque dominatur, hic Patri potentia et robore par est (plena siquidem omnia ejus gloria sunt) quo-

σθαι τὸν ὕμνον. Τὰ γὰρ κοινὰ καθ' ἐκάστου τῶν μερικῶν φέρεται, ἀλλ' ἐπειδὴ κατάλληλος ὁ Τρισάγιος ὕμνος, καὶ ἐνδεικτικὸς τῶν τριῶν ὑποστάσεων, ἀπρεπὲς τὸ τῶν τριῶν ἐπιδεικτικὸν ἐφ' ἑνὸς λέγεσθαι. Εἰ γὰρ ἐφ' ἑνὸς λέγοιτο, οὐ τριῶν ὑποστάσεων ἐνδεικτικόν· εἰ δὲ τριῶν πάντως ἐνδεικτικόν, οὐκ ἐφ' ἑνὸς λεχθήσεται.

